Brachara Augusta, ciuitas Hispan. Pt. Vulgo *Braga.*
Brachata Gallia, vide Gallia.
‡Brachia, vocatur mare Arabicũ, quod plurima in eo βράχη, id est, breuia sunt.
Brachmanes, hymnosophistæ & philosophi apud Indos fuerunt. Hieron.
Barchodes, extrema vrbs Africæ minoris. Ptol. Vulgo, *Monexi.*
✠Brachybios, Dionysius vocat Aethiopas quòd sint breuis æui.
Brachyle, ciuitas est Ceretanorum. Steph.
Brasiæ, ciuitas est Laconiæ. Steph.
Bractia, insula est maris Illyrici. Plin.
Bræsi, gens est Macedoniæ. Steph.
Bragada, flu. Africæ qui iuxta Vticã in mare labitur.
✠Bragæ, insulæ quędã sunt desertæ. Pli. lib. 6. cap. 28.
Bragodunum. opp. est Rheticæ regionis. Ptol.
Brana, Turdulorum opp. in Hispania. Plin. lib. 3.
✠Branchidæ, Apollinis Didymæi sacerdotes. Pli. li. 15.
✠Branchidæ, promontorium Ioniæ, quod prius Branchidarum oraculum.
Brãchus, filius Apollinis, ex filia Iaucis, & Sucronis coniuge susceptus. Lact.
Brancosi, populi sunt Asiæ. Plin. lib. 6. cap. 20.
‡Bannogenium, opp. est Britanniæ. Ptol. *Banger.*
✠Brattia, Mœsiæ prouincia quę Pannonijs iungitur insula est. Plin.
Bratuspantiũ, opp. Bellouacorũ Galliç Belgicę. Cęs.
Brauron, Atticę opp. vbi Dianę Bauronię sacellum.
Brauum, vrbs Hispaniç. Ptol. Vulgo *Burgos.*
Bregi, Breges, & Phryges, populi idem. Strab.
Bregmenteni, Asiç minoris populi in Troade. Plin.
✠Brenda, à quibusdam poëtis pro Brundusio breuitatis causa vsurpata. Fest. Vulgo *Brundisi.*
✠Breno, dux Gallorum qui Brenonam Venecię vrbẽ postea Veronam dictam ędificauit.

Brentæus

Brentœsion, ciuitas iuxta Adriam. Steph.
Brente, es. ciuitas est Arcadiæ. Steph.
✠Brennus, Senonũ Gallorum regulus, & dux. Liuio.
✠Brepium, promont. est Achaiæ. Plin. lib. 4.
Bressus, ciuitas Armeniæ maioris iuxta Euphraten.
Bretena, vrbs Italię sub Venetia. Pto. Vulgo *Brũdisi.*
Bretoleum, Lusitaniæ opp. Ptol. nunc Brutium.
Brettos, ciuitas est Tyrrhenorum. Steph.
‡Brettotia, insula in Adriatico mari fluuium habẽs. Stephan. (fluit. Pli.
Breuci, Pannoniæ populi, quos Sans amnis præter-
Breuni, populi inter Alpinas gẽtes. Plin. *Los morad-ores del rio Breño en Lombardia.*
Brecomagus, ciuitas est Galliæ Belgicæ. Ptol.
Brianium, opp. est Epiri regionis.
Briantæ, arum. populi sunt Thraciæ regionis.
✠Briareus, Cœli & Terræ filius, gigantum maximus.
✠Brias, adis. vrbs Pisidiæ regionis in Asia. Strab.
Bricinnia, ciuitas est Siciliæ insulæ. Steph. (*forda.*
Brigantes, populi Hyberniæ. Ptol. Vulgo *Los de Gana*
Brigantinus lacus, inter Alpes Rhœtię. Soli. ca. 34.
Brigantium, opp. Rhœtiæ regionis. Ptol.
Brigantiũ, opp. Segusianorũ in Greis alpibus. Ptol.
✠Brigantium, Hispaniæ ciuitas. Ptol. Flauium Brigantium. Vulgo *Compostela.*
✠Brigantiũ, vrbs Cenomanorum. Pto. Vulgo *Brianson.*
Brigæcium, oppidum Brigecinorum Hispaniæ. Pto. Vulgo *Oniedo.*
✠Brigiani, populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 13.
✠Brigida, mulier vitæ sanctitate insignis Romam venit e Suetia. Volat.
Brilessus Aegialeus dictus, mons est Atticæ. Plin.
✠Briletũ, mons Atticæ regionis prope Tharnem. Pli.
Brinthion, oppidum est Peloponnesi.
✠Brisabritæ, Asię populi, de quibus. Plin. li. 6. ca. 20.
✠Briseis, Phrygia puella, forma nobilis, quæ ex Lyrnesso Minetis regia capta. Achilli in sortem cesit.
Briserini, populi sunt Hispaniæ.
Brisoana, fluuius est Persidis regionis. Ptol.
Britannia, insula in Oceano septentrionali quæ nũc Anglia. Vulgo *Inglaterra* dicitur.
✠Britannia, ab ortu Germanico, ab occasu Hybernico Oceano alluitur.
✠Britãnus, Britãnicus, & Brito, eiusdẽ significationis.
Britanni, Galliæ populi. Plin. lib. 4. cap. 17.
✠Britãnicus, Claudij Cęsaris ex Messalina filius. Sue.
✠Britius, Archiepiscopus Turonensis Martino cui aliquando aduersarius fuit, succesit. Volat.
Britolagę, populi sunt Mysiæ inferioris. Ptol.
✠Britomartes, nomen eius quem Diana vnicè dilexit quæ ob id Britona & Britomartis dicitur. Bocat.
Britones, Galliæ populi inter Aquitanos.
✠Briuates, Galliæ Celticæ portus. Ptol.
Brixantæ, populi sunt Rhœtiæ regionis. Ptol.
Brixia, vrbs Transpadanę regionis à Cenomanis ædificata. Vulgo *Bresia.*
Brixellum, opp. inter Mantuam & Cremonam. Vol.
Brixentes, populi sunt Alpini in Italia. Plin.
✠Brixillum, opp. est apud Mutinam. Plinio. *Bresc-ello.*
Brodiontij, aut Ebrodũtij, populi Alpini sunt. Plin.
✠Bromius, Bacchi cognomen à fremẽdo, vel strepitu.
✠Bromus, Cẽtaurorũ vnus à Cęneo interfectus. Ouid.
Brondentia, ciuitas est Germaniæ. Ptol.
Brongus, fluuius in Istrum cadens. Herod. lib. 4.
✠Brontes, vnus Cyclopum Vulcani minister. Verg.
✠Bronteus, dictus est Iuppiter à Βρουτὴ .i. tonitru.
✠Broteas, Lapitharum vnus à Crynæo Cẽtauro oppressus. Ouid.
✠Brotheus, filius Vulcani & Mineruæ deformi facie.
Bructeri, Tacit. Istheuones. Plin. pop. sunt qui supra Busacteri.
Brullitæ, populi Epheso tribuuntur. Plin lib. 5.
Brũbestini, populi sunt Calabriæ in Italia. Pli. li. 3.
✠Brumus, Bacchus Brumalibus festis nomen dedit.
✠Brundulum, portus quẽ Athesis fluuius facit. Plin. Vulgo *Brondelo.*
Brundusium, vrbs & portus Calabriæ Græcis Mesapia dicta. Plin. Vulgo *Brundisi.*
Brusa, vrbs est Bithyniæ ab Annibale condita. Pli.
Brugis, regio est Macedoniæ. Steph.
Bruttia, pars est Siciliæ insulæ. Steph.
Brutij populi Italiæ Lucanis finitimi. Strab.
Brutium, locus est Hieronymo in Aegypto. (*bria.*
✠Brutiũ, promõt. Italiæ à Ptol. Vulgo. *Bursano, en Cala*
✠Brutina, vrbs est Hispaniæ. Ptol.
Brutobria, ciuitas iuxta fluuium Bætim.
✠Bruti, plures fuere apud Rom. quos à Iunio Bruto cognomen accepisse existimamus.
✠Iunius Brutus, primus fuit consul Rom. qui reges expulit. Liuio.
✠Brutius, a, ũ. adiectiuũ à Brutus: vt Brutia signa. Sil.
Bryanion, ciuitas est Thesprotiæ. Steph.
Bryantica, regio est quę Gallia in Thracia.
✠Bryax, sculptor fuit marmorarius. Pli. lib. 36. cap. 5.
✠Bryazon, amnis Asiæ in Bithynia. Plin. lib. 5.
‡Bryce, Brycei, Thraciæ gens. Steph. Vide Bryse.
Bryelice, es. ciuitas mediterranea Ciliciæ. Ptol.
Bryges, q & Phryges, pop. omniũ antiquiss. Herod.
Brigantium, opp. Rhœciæ regionis. Ptol.
Bryges, siue Brygi, populi Thraciæ qui Mardonium inuasere. Herod.
Brygias, ciuitas est Macedoniæ. Steph.
Brygion, inter vrbes Macedoniæ ponitur. Plin.
‡Bryllium, vrbs in Propontide. Step. & regio Bryllis.
Bryon, littus est Cirenaicæ regionis. Ptol.
Bryse, populi sunt Thraciæ regionis. Plin. lib. 4.
✠Brysani, Cyconum vicini inter Scythicas gentes.
✠Brysea, ciuitas Laconiæ Porphyrio apud Hom.
✠Brysea, vrbs Aoniæ à qua Bacchus Bruseus dictus.
✠Brysceus, vnũ ex agnominibus Bacchi κατὰ ϛοῦϛροφον quod est inundare & madefacere.
Brysiæ, populi sunt Peloponnesi. Hom.

Brysaca,

Brysaca, ciuitas est Armẽniæ maioris. Ptol.
‡Brystacia, vrbs Oenotrorum. Steph.
‡Bryx, & Brygæ, gẽs Macedonica Illyrijs finit. Step.

B ANTE V.

Buana, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Buba, ciuitas est Frentanorum in Italia. Ptol.
Bubastis, Aegypti vrbs in qua Diana colebatur.
Bubastites nomos, est præfectura Aegypti. Ptol.
Bubasticus, amnis, à Bubasti vrbe Aegypti. Ptol.
Bubassus, siue Bubessas, sinus est Cariæ. Plin.
Bubeium, natio est vel opp. Cyrenes. Plin.
Bubetani, Campaniæ populi Coriolanis vicini. Pli.
Bubienum, ciuitas est Germaniæ. Strab. lib. 7.
Bubinda, dæ. flu. Hyberniæ. Ptol. Vulgo *Slayne.*
Bubo, onis, ciuitas est Lyciæ. Plin.
✠Bubo, vel Bubon, ciuitas est Lydiæ mediterr.
✠Bubona, siue Bubonia, dea Boum fuit, sicut Pomona pomorum.
✠Bubula, vrbs est Cyrenes. Plin. lib. 5. cap. 5.
✠Buca, opp. est Ferentanorum in quarta Italię regione. Plin. lib. 3. cap. 12.
Bucanum, opp. est Italiæ. Strab. lib. 6.
Bucara, ciuitas Vmbriæ iuxta flumen Truentium.
Buccina, nomen oppidi in Sicilia, à quo nomine etiam insula dicta.
Buce, vel Buges, vel Bices, vel Biges, lacus est Sarmatiæ in Europa.
Bucephala, Indiæ vrbs sic ab Alexandri equo dicta.
Bucephalos, portus Peloponnesi in sinu Saronico.
✠Bucephalus, equus Alexandri magni fic à latitudine frontis, vel ab aspectu toruo dictus.
Bucherium, ciuitas est Epiri. Strab. lib. 7.
✠Buchia, Ioniæ locus est Stephano authore.
✠Bucia, extrema pars Siciliæ. Ptol. Hodie *Butera.*
✠Bucinna, ponitur inter paruas insulas maris Siculi. Plin. lib. 3. cap. 8.
Bucolia, ciuitas Aegypti Hieron. in Hilarionis vita.
Bucolitum, Nili ostium, lege Bolbitinum ex Herod.
✠Bucolon, filius Laomedontis. Hom. in Iliad.
✠Buda, Vngariæ metropolis est. Vulgo *Ofen.*
Budea, ciuitas Magnesiæ à Budæo condita eã Hom. Budeion vocat. Steph. Budiam.
Budæi, Herod. Budi, populi sunt Mediæ.
Budini, Ptol. Bodeni populi Sarmatię Europę.
Budoræ, insulæ duæ prope Cretam. Plin. lib. 4.
Budorgis, vrbs Germaniæ. Ptol. Hodie Vratislauia. Vulgo *Presiau.*
Budorigum, ciuitas est Germanię. Ptol.
Budoris, ciuitas est Germanię. Pt. Vulgo *Heidelberg.*
‡Budorum, promontorium iuxta Salamino. Steph.
Budorus, fluuius est Eubœæ insulæ. Strab.
Bugæi, populi sunt Italiæ. Strab. lib. 6.
Buges, amnis Scythiæ Europœę, qui flexum Męotidis secat. Pomp.
Buguntæ, populi sunt Germanię magnæ. Ptol.
Buianum, siue Bouianum, Samnitũ colonia. Pl. li. 3.
Buleia, ciuitas est Phocidis in Achaia. Ptol.
Bulgari, Europæ pop. in parte Mœsiæ ad Danubiũ.
‡Bulini, gens circa Illiriam. Steph.
Bulis, ciui. Phocidis à Bulone cõditore sic dicta. Ste.
Bulla, opp. Africæ inter Bragadam & Tritonem.
Bulla regia, liberum Numidiæ in Africa opp. Plin.
Bullæum, vrbs Britanniæ insulæ. Pto. Vulgo *Vuitlã.*
✠Bullarius, viri proprium in quem scribit Horatius.
Bullenses, opp. & populi Locrorum. Plin. lib. 4.
Bullidensis, Macedoniæ colonia est. Plin. lib. 4.
Bulliones, barbari incolæ Macedoniæ. Plin.
Bullis, opp. Elimiotarum in Macedonia. Ptol.
Bulua. Ptol. Pli. Butua, Liburniæ. Vulgo *Bodoua.*
Bulula, oppi. est Cyrenes. Plin. lib. 5. cap. 5.
Bulimeon, opp. est Liburnorum.
Bunartis, ciuitas est Libyæ. Steph.
Bunœma, per ϖ, citas est Epiri. Steph.
Bunitium, vrbs Germaniæ. Ptol. Vulgo *Sund.*
Bunobora, ciuitas est Mauritaniæ Cęsariensis. Ptol.
‡Bunomus, Macedoniæ ciuitas, Pella postea dicta.
Bunthon, opp. Africæ inter Bragadam & Tritonem.
Bunnos, ciuitas est Illyrici. Steph.
✠Bupalus & Anthermus, Anthermi Chij filij sculptores clarissimi fuere. Plin.
Buphagion, siue Bocalium, oppidũ est Arcadiæ.
Bupia, vicus est Sicyoniæ. Steph.
Bupraſij, populi Achaiæ in Peloponneso. Plin.
Bupraſium, ciuitas & flu. & regio Elidis. Hom.
Bura, vrbs in sinu Corinthiaco à mari hausta. Plin.
Burca, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Burca, flu. Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Burcana siue Burchana, insula Oceani Germanici. Plin. lib. 4. cap. 13.
Burchanis, insula est Celticæ. Steph.
Burdegala, ciuitas Galliæ Aquitanorum nobilissimum emporium. Vulgo *Bordeaux.*
Burdegalenses, ciues dicti à Burdegala superiori.
Burdoua, ciuitas est Hispaniæ. Ptol.
‡Burea, vrbs Italiæ, à Bureo condita. Steph.
Burgiones, populi Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Burgundia, regio est Gallię Celticę. Vulgo *Borgoña.*
✠Burgundiones, sunt Germaniæ populi. Pli. lib. 4.
Buridienſij, populi sunt Ptolemæo in Dacia.
Buris, vrbs mediterranea Achaiæ. Ouid.
✠Burnistæ, Liburnorum populi in Illyride. Plin.
✠Burnum, opp. Liburniæ mediterranеum. Ptol.
Bursada, dæ. ciuitas est Hispaniæ. Ptol.
Bursaconenses, populi sunt Hispaniæ citerioris. Pl.
Burtina, vrbs Hispaniæ. Ptol. Vulgo *Barbastro.*
Busacteri, magni & parui, pop. sunt Germaniæ ma-
Burum, ciuitas Hispaniæ. Ptol. (gnæ.
Busæ, populi sunt Medorum quos subegit Deiocos. Herod.
Busiris, Aegypti ciuitas in Busiritica præfectura.
Busiris, rex Aegypti crudelissimus qui hospites mactabat, ab Hercule tandem interfectus.

Busiris, in medio Deltæ sita est, hic Iside coli dicũt.
Busirites nomos, præfectura est Aegypti. Ptol.
Busiriticus, fluuius est Aegypti. Ptol.
‡ Busmadis, Isaurica ciuitas. Steph.
Butadæ, pars est Aegeidis tribus Steph.
✣ Butes, Amyci Bebryciorum regis filius. Verg.
✣ Butes, Troianus a Camilla occisus. Verg.
Butes, Scytharum fluuius cui proximi sunt Agathyrsi. Tortell.
Buthia, ciuitas est Ioniæ regionis Asiæ. Steph.
Buthon, ciuitas est Illyridos. Steph.
Buthos, op. est Aegypti. Ptol. ac Plin.
Buthrotum, Epiri colonia est non longè ab Ambracio sinu. Vulgo *Butrinto*.
‡ Butis, Syriæ ciuitas, Pella postea dicta. Steph.
Butos, vel Butis, op. est Aegypti. Ptol.
Butones, populi sunt Germaniæ. Strab. lib. 7.
Butra, insula est maris mediterr. prope Cretã. Plin.
Butrium, opp. Cenomanorum in Italia. Pto.
Butta, tæ. ciuitas est Africę inter Syrtes. Ptol.
Butua, op. Liburnię est. Plinio lib. 4.
Butuntinenses, populi sunt Calabrię in Italia.
Buxedi, populi septentrionales in Asia. Pomp. li. 1.
Buxentum, opp. Lucanię in Italia ad Laum flu. Pli. Vbi nunc *Bel. edere*.
✣ Buxentum, op. quod Gręci Pixonta vocant. Plin.
Buxentini, populi sunt in eadem Lucania.
✣ Buze, Indię populi sunt. Plin. lib. 6. cap. 20.
Buzara, mons in Africa. Ptol.
‡ Buzeri, gens Themiscyręregionis in Asia. Plin. lib. 6. cap. 4.
Buzeres, populi sunt Ponti iuxta Chalybes. Strab.
Buzigeus, mons est Thessalię. Plin. 4. cap. 8.
Buzes, populi sunt Libycę nominis in Aegypto. Pt.

B ANTE Y.

‡ Bybe, vrbs iuxta Peucetios Thracię. Pop. Steph.
✣ Bybleśia, vrbs est Asiæ. Herodot. lib. 1.
Byblis, parua est insula maris mediterranei cũ oppido, alio nomine Melos dicta. Plin. lib. 4. cap. 12.
✣ Byblus, Syrię Phœnicię vrbs Berito vicina. Strab. lib. 16. Hodie Gaeta.
Bycus, flu. Sarmatię in Europa. Ptol. Hodie *Bruges*.
Bylliones, populi sunt Epiri regionis. Strab. lib. 7.
Byllis, ciuitas est Illyricæ regionis. Steph.
Bymazos, ciuitas est Pęonum in Pęonia regione.
Byrchanis, insula est Germanię adiacens. Stra. li. 7.
✣ Byrsa, arx fuit in media vrbe Carthaginensium.
Byzacium, Africę regio. Plin lib. 4. cap. 4.
Byzacium, op. est Libyę in Africa ꝙ & Byzancium.
Byzantes, populi sunt eius oppidi incolę.
Byzantium, vrbs Thracię à Pausania Spartanorum duce condita. Hodie Constantinopolis.
✣ Byzantium, hodie Turcarum regia sedes, ab eis non Constantinopolis, sed *Czaromlom*, id est, Cæsaris domus vocatur.
Byzares, vocabantur olim Chalybes. Strab.

C ante A

DE INCIPIENTIBVS A C Litera.

✣ Cabalaca, Albaniæ in Asia oppi. Plin. lib. 6.
✣ Cabalia, Asiæ minoris regio. Herod. lib. 3.
Cabalensis ager & regio est in Lydia. Stra.
Cabaes, populi sunt Africæ. Herod. lib. 4.
Cabalis, regio est in Lycio Hecatæo. (dri. Step.
‡ Cabalis, vrbs prope Cibyram, iuxta dorsum Mean.
Caballia, opp. est Lyciæ. Ptol.
✣ Caballinus, fons in monte Helicone Bœotiæ.
Cabandena, ciuitas est in Susiana regione. Ptol.
Cabasites nomos, præfectura est Aegypti. Ptol.
Cabassũs, ciuitas est præfecturæ Cataoniæ.
Cabellio, Narbonẽsis prouinciæ opp. Plin. lib. 3. ca. 4. Vulgo *Cauallon*.
✣ Cabera, Protei filia ex Vulcano Caberos tres genuit totidemq; Caberidas. Srab. lib. 10.
Caberasa, ciuitas est Mediæ mediterranea. Ptol.
Caberi, populi sunt Cretæ insulæ qui & Corybãtes.
✣ Caberon, Asiæ fluuius est Plin. lib. 6. cap. 23.
Cabubathra, mons est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Cabullinum, vrbs Galliæ. Ptol. quæ & Catalaunum. Vulgo *Chalon*.
Cabura, fons aquæ iucundè olẽtis in Mesopotamia, Plin. lib. 31.
Cabyla, vrbs est Thraciæ Chersonnesi. Ptol.
Cabyri, populi sunt Aegypti. Herod. lib. 2.
Cabyra, ciuitas Cappadocũ Asiæ minoris. Stra. li. 12
✣ Caca, secundum aliquos Caci furis soror fuit.
✣ Cacearia, insula in Ponto quæ Pomp. Collifaria.
✣ Cacidiri, celeberrimi Scytharum populi sunt. Plin.
Carcirini, populi Latinæ conditionis. Plut.
Cacuron, opp. est Siciliæ. Ptol. Hodie Cassarum.
✣ Cacus, secũdũ fabulas fuit Vulcani filius ab Hercule ex Hispania redeũte ob latrociniũ suũ interfectus
Cadara, ciuitas Actæorum in Arabia fœlici. Ptol.
✣ Caddusij, populi sunt Mediæ in Asia. Strab. lib. 11.
Cadena Regia, fuit in vrbis modum instructa in mõtibus Lycaoniæ. Strab. lib. 12.
Cadetes, pop. sunt Gal. Cæsari. *Los de Chasteaubryant en Bretaña*.
Cadi, orũ. Phrygiæ vrbs. Alijs Mysiæ. Strab. lib. 12.
Cadiscus, mons est Cretæ insulę Plinio & Solino.
Cadmea, antiqui vsurpabant pro ipsis Thebis cum Cadmea arx Thebana esset.
‡ Cadmeis, olim vocabatur quæ nunc Bœotia. Steph.
Cadmus, mõs est Asiæ ad Laodicæam ciuitatẽ. Strab.
✣ Cadmus, Phœniciæ rex Agenoris filius. 16. literas à Phœnicia primus in Græciam detulit.
✣ Cadmus, item primus historiam, & auri metalla & cõflaturam inuenisse dicitur Suidæ. Apule.
✣ Cadmeides, patronymicon à Cadmo deductũ. Ouid.
✣ Cadmeius, & Cadmeus, a, um. adiectiua à Cadmo.
‡ Cadrema, vrbs Lyciæ Olbiorum Colonia. Steph.
✣ Caducifer, Mercurij nomen à quo legati pacis Caduceatores dicuntur. Perot.

Caduceni,

Caduceni, Sardianæ iurisdictionis in Caria pop. Pli.
Carduci, Narbonẽsis prouinciæ in Aquitania popu. Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgo *Cahors*.
Cadusij, orum. populi sunt Mediæ. Ptol.
Cadytis, vrbs Syriæ maxima. Herod. lib. 2.
Cæa, insula est maris Aegæi iuxta Eubœã, quę Cęos nautis, & Ptol. Cia nominatur.
✣ Cæus, a, um. adiectiuum, vt Nęnia Cæa. Horat.
✣ Cæcias, vẽtus flans inter Aquilonẽ & exortũ Aequinoctialem. Plin. lib. 2. cap. 27.
✣ Cæcilius Epirota, libertus Attici primus Romę Vergilium & alios nouos poëtas prælegisse dicitur.
✣ Cæcilius Callus, iurisconsultus scripsit librũ de verborum significatione ad ius ciuilem pertinẽtium.
✣ Cæcilius Callantianus, Iudęus Romæ docuit. Suid.
✣ Cæcilius Argiuus, versificator scripsit de piscibus.
✣ Cęcilius Statius, Gallus, Comicus cui Volcatius Comicorum palmam concedit. Eusеb.
✣ Cęcilius, poeta dictus est à cęcutiẽtibus oculis. Fest.
✣ Cæciliæ, nomen familiæ Metellorum.
✣ Cæcilia, vxor Tarquinij Prisci, mulier morum integritate laudatissima. Volater.
Cæcilia, ciuitas Syriæ ad Euphratem fluuium. Ptol.
Cæcilia, cognomine Gemellina, ciuitas Hispan. Vulgo *S. Maria de Guadalupe*.
Cæcinos, amnis vocatur qui Rheginum agrum à Locrensi diuidit.
✣ Cæcinos, fluuius est Siciliæ. Pin. lib. 3. cap. 10.
Cæcinum, opp. Italiæ haud procul à Sicilia.
Cæcola, ciuitas est Hispaniæ.
Cæcubum, opp. Campanię in Italia. Strab.
Cæculus, Vulcani fuit filius, à scintilla quę in matris suę gremium, forte fortuna Vulcano fabricãte euo lauerat conceptus. Seruio.
Cęcetessa, quæ Lacedæmon ciuitas Peloponnesi. Str.
Cælestini, Vmbriæ populi in. 6. Italię regione. Pli. lib. 3. cap. 14.
Cælina, opp. fuit Venetorum quod interijt. Pli. li. 3
✣ Cælius orator, acri turbulentoq; ingenio Ciceronis discipulus. (clusis.
Cælius, mõs est Romæ vnus ẽ. 7. à Romulo muro in-
Cælium montem, Cælius Vibenus Thuscorum dux cum Thuscis primus incoluit. Liuio.
Cæliolus, mons Romæ, nã duo sunt, minor & maior.
✣ Cælos, Thraciæ portus est. Plin. lib. 4. ca. 11.
✣ Cælus, cognomen indigenę fuit qui ex Terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum genuit.
Cæne, vrbs circa sinum Laconicum prius Tenaron.
Cænites, portus Laconię in Peloponeso à Cęne vrbe
Cæne, parua insula in mari Siculo, versus Africam.
✣ Cęneus, Elati filius, primo puella venustissima, deinde à Neptuno in virũ, postremo in auem versa.
Cænica, Thracię est regio. Ptol. ac Pli. li. 4. (Oui.
✣ Cænina, inter clara Latij oppida. Plin. numeratur.
‡ Cænitæ, vrbs Sabinorum, à Romulo capta. Steph.
Cęnopolis, opp. mediterraneum Cyrenaicę est. Pto.
Cæpori, populi Galliciæ in Hispania.
Cære, oppidum Thusciæ, non longè à Tarquinijs quondam Agylla.
Cæretanus, amnis qui Cære vrbem præterfluit. Pli.
✣ Cæretum, Vmbriæ, opp. inter Spoletum & Nursiam.
✣ Cæsar, Iuliorum cognomen est. Nam qui primus.
✣ Cæsaris nomen adeptus, ab eo dictus fert, quod cęso matris vtero natus sit.
✣ Cæsar augusta, Hispaniæ Terraconensis clarissima ciuitas. Vulgo *Caragoça*.
‡ Cæsarum familia Iulijs ascita est, qui ex Iulio Ascanio descenderunt. Verg. (regionis.
Cæsar augusta, Colonia q̃ prius Salduba Edetaniæ
Cæsar augustanus conuentus, ab eadem dictus.
Cæsarea, vrbs Palestinæ in littore maris magni quæ prius turris Stratonis vocabatur.
Cæsarea, altera Palestinæ vrbs ad radices mõtis Libani, in honorem Cæsaris ædificata.
Cæsarea, ciuitas Cappadoc. in Asia minori. Ioseph.
Cæsarea, apud Anazarbum, vrbs Ciliciæ mediterranea. Ptol.
Cęsarea, Smyralea, ciuitas Ponti & Bithyniæ. Ptol.
Cæsarea, ciuitas Mauritaniæ est antea Iol vocitata.
Cæsariensis Mauritania, ab hac Cæsarea dicta est.
Cęsarienses, Ioniæ pop. Ephesum conueniẽtes. Pli.
Cęsariuenales, popu. Bæticæ, qui & Castulonenses.
Cęsarium, Aegypti emporium & secessus quidã. Str.
Cæsarobrica, Hispaniæ Lusitaniæ ciuitas. Pli. Vnde Cæsarobricenses.
Cæsenna, vrbs Flaminiæ prouinciæ, à cędendo, quòd exiguo amne cæsa, id est, diuisa sit. Plin.
✣ Cæsennates, dicti sunt Cæsennam inhabitantes. Pli.
‡ Cætobrix, Lusitaniæ vrbs. Ptol. Vulgo *Ceximbra*.
✣ Cæix, Thracinię rex Luciferi filius, & marito Alcyones in Alcyonẽ auẽ deorũ miseratiõe mutatus est.
Caicus, Phrygiæ fluuius est ex Mysia veniens. Plin.
Caieta, vrbs & portus Cãpaniæ, sic à Caieta nutrice Aeneæ dictus. Solino. Vulgo *Gaeta*.
✣ Cainas, Asiæ in Scythia flu. est qui in Gangẽ influit
✣ Caius, cognomen Roma. à parentũ gaudio sumptũ.
‡ Cairum, vel Alcairum Aegypti ciuitas.
Calabria, peninsula est in secũda Italię regione. Pli. ab antiquis Mesapia & Peucetia dicta.
Calaber, bri, q ex Calabria est vel Calabriã incolit.
Calabri, prius Ausones dicti fuerũt Catone autore.
✣ Calabricus, a, um. adiect. vt Calabrica olea. Colum.
Calæ, arum. ciuitas in India.
✣ Calacina, regio est Adiabenæ Assyriæ finitima. Pto.
Calacta, ciu. est Siciliæ insulę. Pto. Vul. *Calatagirone*.
‡ Calænus, fons Lyciæ, alias Calbius. Steph.
Calagorina, ciuitas est Vasconum in Hispania. Pto. Vulgo *Calahorra*.
Calaguritani, Hispaniæ popu. quorum alij Subulacenses, alij Nasaci. Plin. lib. 3. cap. 3.
✣ Calais, Boreę & Orythiæ filius, Zethi frater quos ambos alatos poëtæ fuisse fingunt.

Calama, ciuitas est Africæ.
‡ Calamæ, vrbs Peloponnesi. Steph.
✣ Calamis, idis. celator egregius. Plin. lib. 34. cap. 7.
Calamisus, Locrorum oppidum. Plin. lib. 4. cap. 3.
Calamos, Asiæ opp. in ora subiecta Libano monti.
✣ Calanus, Gymnosophista Indicus sese viuum cõstructa pyra comburi iussit. Arrian.
✣ Calapis, ciuitas est Enetorũ prope Cappadociã. St.
Calapis, flu. Pannoniæ in Saum fluens. Plin. (ler.
✣ Calaris, Sardinię opp. est. Pli. li. 2. ca. 108. Vul. Cal-
Calarna, ciuitas est Macedoniæ. Steph.
Calarnea torris, in Thracia ponit. Pomp. li. 2. ca. 2.
‡ Calarus, insula dicta, alias Alopeconnesus, siue Alopecia. Steph.
✣ Calaserna, ciuitas est Italiæ. Strab. lib. 6.
Calasiries, & Hermotybies gens Aegypti, & Aethiopiæ. Herod. lib. 2.
Calathe, nomẽ vrbis ad Herculis columnas sitæ quæ alijs Calathusa dicitur.
Calathe, insula est adiacens Africæ. Ptol.
✣ Calathus, filius Iouis & Antiopes. Hom.
Calathusa, insula est inter Chersonnesum & Samothracem deserta. Plin. lib. 4. cap. 11.
‡ Calatibus, vrbs Libyæ. Steph.
Calatis, Thraciæ ciuitas est quæ prius Acheruetis.
Calatiæ, ciuitas Italiæ prope Casinum & Bouillas. Vulgo *Gaiazzo, en tierra de Lauoro.*
Calatum, opp. est Britanniæ insulæ. Ptol.
Calaurea, nonnullis Calauria, est insula maris Aegei, Vulgo *Sidra.* (lebatur.
Calauria, vrbs Locrorum in qua Latona maxime co
Calbis, Cariæ amnis est Pomp. Melę. lib. 1.
Calce, es. Campaniæ ciuitas. Strab. lib. 5.
✣ Calchas, Thestoris Troiani filius, augur maximus Græcorum partes secutus est.
✣ Calcioli. Pt. Carseoli. Pli. vrbs est Sabinis proxima. Vulgo *Tagliacozzo.*
✣ Calciope, Aeetę Colchorũ regis filia Absyrti soror.
✣ Caldi⁹, ꝑ Claudi⁹ irrisorie dictu sicut Mero ꝑ Nero.
✣ Cale, es, ciuitas est Gallliæ à perpenna capta. Salu.
Calegia, Germaniæ vrbs est. Ptol. (*Oxfort.*
✣ Calena, Britanniæ vrbs. Ptol. Hodie *Oxonia.* Vulgo
Calenum, vrbs Campaniæ. 14. milibus à Capua distans, *Carinula en tierra de Lauoro.*
Calcni, Campaniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 5.
Calenum vinũ, à Calibus Campaniæ oppido.
✣ Calepiũ, opp. in Cenomanis, vnde Calepinus, a, ũ.
‡ Calesia, vrbs Italiæ. Steph.
✣ Calesta, vrbs littoralis Thessaliæ. Herod. lib. 7.
Calete, insula ignobilis inter Samothracé & Chersonnesum.
Calete, populi sunt Libyæ interioris. Ptol.
Caleti, Galliæ Belgicæ vrbs. Strab. li. 4. Pto. dicitur Gesoriacum. Vulgo *Cales.*
✣ Caletranus ager, non longè à Volaterranis, Plin.
Calguia, ciuitas est Arabiæ Petreæ. Ptol.
✣ Calianassa, nympha à benè regendo dicta.
✣ Caliauera, nymphis a viris honestandis dicta.
Calicadnus, Ciliciæ flumen est. Plin. lib. 5. cap. 27.
Calicula, vrbs Hispa. Pto. Calucula. Pl. dicta. Vulgo
✣ Caligij, populi sunt in Arabia. (*Cabra.*
✣ Caligula, dict⁹ fuit Caius Imperator, a caligis quas margaritis refertas primus portauit.
✣ Calingæ, gentes Indicæ ad mare. Plin. lib. 6. cap. 17.
✣ Calingij, Asiæ populi, quibus vicina Ampelone Mi lesiorum colonia. Plin. lib. 6. cap. 28.
✣ Calingon, Indiæ promontorium. Plin. li. 6. ca. 20.
✣ Calinipaxa, Scytharum oppidum. Plin. lib. 6. ca. 17.
✣ Calinus, statuarius cui meminit Quintilian.
Caliordi, populi sunt Tauricæ regionis. Plin. li. 4.
Calipus, fluuius est Hispaniæ Lusitaniæ. Ptol.
Calisia, ciuitas ast Germaniæ. Ptol.
✣ Calisto, us. Lycaonis Arcadiæ regis filia.
Callaici, populi Lusitanię, qui & Galleci. Strab.
Callantes, fluuius est Eubœæ. Strab. lib. 10.
Callateria, ciuitas est Italiæ. Strab. lib. 5.
Callatię, Indiæ populi q parẽtibus vescũtur. Hero.
Callatta, oppidum est Mysiæ inferioris. Ptol.
Callet, op. Hispaniæ stipendiarium. Plin. lib. 3.
Calet, aliud op. conuentus Astigitani. (laici.
Calleci, populi Lusitaniæ Gallis finitimi qui & Cal
‡ Calliæ, vrbs vna ex tribus Aetoliæ: Item parua regio prope Talantum. Steph.
Calliarius, ciuitas est Locridis regionis. Strab.
✣ Callias, Athenienſis comicus filius Lysimachi. Sui.
✣ Callias, Lacoplutus dux Athenienſium nobilis, contra Artaxerxem missus. Suid.
✣ Callias, Methymnæus grammaticus, Alcæum Sapphoq; poëtas enarrauit. Strab.
✣ Callicles, statuarius nobilis. Pli. lib. 34. cap. 8.
Callicolona, vicus est quidam prope Ilion.
Callicrates, artifex ex ebore formicas & alia tã parua fecit animalia, vt partes earum cerni non possent. Plin. lib. 36. cap. 5.
Callidromus, mons est Pthithiotidis in Thessalia.
‡ Callidromus, fluuius est iuxta Thermopylas. Step.
✣ Callij, promontorium Libycæ nominis. Ptol.
Cellimachus, poëta Cyrenæus elegiacorũ princeps
✣ Callimachus, historicus Aegyptius, bibliothecæ regiæ. Ptol. Phiphadelphi præfectus.
✣ Callimachus, sculptor primus lapidem perforauit, minuatimq; tractauit. Pausan.
Calindæa, ciuitas est Mygdoniæ in Macedonia. Pto.
✣ Callinicus, sophista Syrius vel Arabs profitebatur Athenis. Suid.
Callinusa, ciuitas est Cypri insulæ. Ptol.
✣ Calliope, vna Musarum & quidem prestantissima, quę poësim inuenisse traditur. Verg.
‡ Calliope, vrbs Parthorum. Steph.
Callipidę, Scythiæ Europę populi ad Hypanium fl.
Callipidę, Herod. vocantur Grecoscythę, quod ex Grecis Scythę facti sint.

Calpidę,

Callipidæ, Põ. Callipidas. Solinus Callipodas dicit.
Callipolis, vrbs Thraciæ, in extremo Hellesponti. Vulgo *Galipoli.*
✣ Callipolis, à Caligula fuit ædificata, à quo nomen sumpsit, hoc est Caligulæpolis.
Callipolis, in Sicilia ponitur. Her. vñ Callipolitani.
Callipolis, ciuitas est Messeniæ.
Callipolitani, populi nominantur Siciliæ. Herod.
Callippia, fons est Ephesi vrbis nobilissimæ. Pli. li. 5.
‡ Callippos, philoso. qui honestati voluptatę adiũxit.
✣ Calippo, philosoph qui voluptatę honestati adiũxit.
✣ Calippus, Athenienſis Platonis auditor à Syracusanis interfectus. Plut.
✣ Callirhoë, filia Lyci hominis sanguinarij. Plut.
Callirhoë, fons est Atticæ. Plin. lib. 4. cap. 7.
Callirhoë, fons est Iudęæ Hierosolymis proximus.
✣ Callirhoe, Acheloi filia, quæ Alcmeoni nupsit. Oui.
Callirhoë, ciuitas est Iudææ ab ortu Iordanis. Pto.
Callista, quæ postea Thera Callimachi patria.
✣ Callisthenes, Olynthius discipulus Aristotelis.
✣ Callistratus, nomen statuarij. Pli. lib. 34. cap. 8.
✣ Callistus, vnus comitũ expeditiõis Iuliani principis.
Callitere, ciuitas Bisaltię in Macedonia. Ptol.
✣ Calon, statuarius fuit. Plin. lib. 34. cap. 8.
Calos limin, id est bonus portus, portus est Scythyæ Europæ in Ponto Euxino. Pomp.
Calostoma, vnum ex Danubij ostij Plinio.
✣ Calpas, Bythyniæ portus est prope Rhœsum & Sangarum fluuium. Plin. lib. 6. cap. 1.
Calpas, fluuius est Bithyniæ. Strab. lib. 12.
Calpe, es promontorium est ad fretum Gaditanum. Vulgo *Monte Gibraltar.*
✣ Calpurni, à Calpo Numę regis filio sunt oriũdi. Fest.
Calpurniana, ciuitas est Turdulorum in Hispania.
Calucones, populi sunt Germanię magnę. Ptol.
Calucula, opp. est Bęticę ex stipendiarijs. Pli. *Cabra.*
Calumbum Harbani, quarta pars est Hetrurię.
✣ Caluus, antiquus quidam poëta de quo Hom.
Calyba, vrbs Astorum in Thracia. Strab. lib. 7.
Calybitę, populi sunt Calibę in Thracia incolę.
✣ Calydium, Italię op. in via Appia Brũdusiũ ducens.
Calidna, insula est vna ex Sporadibus. Plinio.
‡ Calydna, dicta est, q̃ postea Tenedos. Vulgo *Tenedo.*
Calidna, Carię oppidum. Plinio. lib. 5 cap. 27.
Calydon, onis. Aetolię oppidum. Pli. lib 2. cap. 4.
Calydonia, sylua Britanniç, à qua Britanni Calydoni. Vulgo *Calender.*
Calydonis, idos. mulier à Calydone, vt Deianira.
Calynda, ciuitas est Aeolidis in Asia.
✣ Calypso, nympha Oceani & Thethyos filia. Hom.
‡ Calytis, vrbs Syrię, ciuis Calytes. Steph.
✣ Camacę, populi inter Scythicas gentes. Plin. lib 6.
✣ Camę, populi inter Scythicas gentes. Plin. lib. 3.
Camalodunum, Britannię opp. Plinio. lib 2. cap. 75. Vulgo *Duncaster.*
Camani, populi sunt Germaniæ magnę. Ptol.
Camara, vrbs est Cręte insulę. Ptol. Vulgo *Camera.*
‡ Camareni, insulę Arabum, & earum incolę. Steph.
Camarica, ciuitas Hispanię. Ptol. quæ & Victoria.
Camarina, in Sicilia ponitur Herod. lib. 7.
Camarina, colonia fuit Syracusanorum in Sicilia. Vulgo *Cammarana.*
Camarinum, vrbs Vmbrorum in Italia. Ptol.
Cambades, vnum ex congnominibus Tauri montis.
Cambala, locus Asiæ in Cyspiretide regione. Stra.
✣ Cambalidus, mons Caucasi ramus in Susianis. Plin.
Cambetum, opp. est Lubęnorum in Hispania. Ptol.
Cambodunum, Vindelicię vrbs. Ptol. hodie Monacum. Vulgo *Munchen.* (nensis. Plin.
Cambolectri, qui Atlantici populi Gallię Narbo-
Cambolectri, populi Galliç Aquitacę. Plin. lib. 4.
✣ Cambusis, Aethiopiæ vrbs est. Plin. lib. 6. cap. 29.
✣ Cambyses, Cyri Persarum regis fuit filius. Iustin.
Cambysena, regio inter Armenos & Iberos Strab.
Cambysi ęrariũ, ciuitas est Aethiopię sub Aegypto.
✣ Cambyses, fluuius Hyrcanię, in Hyrcanium sinum effluit. Mela. lib 3. cap. 14.
Camelani, Italię pop narniésib. & Nucerinis vicini
Camelces, Mœones qui Lasinij. Herod lib. 7.
Camelidæ, insulę duæ in ora Ionię regionis.
Camelitę, regio Scenitis finitima. Strab. lib. 16.
✣ Cameracum, opp Imperiale Picardię in Gallia. Vulgo *Cambray.*
✣ Camerinum, Piceni vrbs, à curuitate sic dicta.
✣ Camertes, populi Camerinum inhabitantes.
✣ Camerinus, poëta de quo Ouid de Ponto.
Camerium, Italiæ opp iuxta Collatiam. Plin.
✣ Cameropis, ciuitas est Indię. Strab.
✣ Camertæ, oppidum Vmbrię quod & Camarinũ Camerium & Camerinũ.
✣ Cameres & Camertinus, a, um. adiectiua à Camarte.
Camesena, dicta à Camese qui rate aduectus ad Ianũ in Italiam venit.
Camesene, nominata fuit quondam Italia. Catoni.
✣ Cameses, Italiæ indigena cõsors Iani à quo regio.
✣ Camesene dicta, opp. autẽ à Iano Ianiculum. Perott.
Camici, populi sunt Italiæ.
Camicum, opp. est Siciliç. Herod. lib. 7.
✣ Camilla, Volsca venit auxilio Turno contra Latinos & Aeneam, à quibus interfecta fuit. Verg.
✣ Camillus, Romanus nobilis, quinquies dictator à populo Romano creatus fuit, de quo Liuius. Plut.
Caminta, insula vna è Cycladibus. Plin. lib. 4. ca. 12.
Camirus, vna ex vrbibus Rhodi insulæ. Strab.
Camisa, peructustum castellum Armeniç. Strab.
‡ Cammania, pars Thesprotię quę Cestrinia postea dicta est. Steph.
Camœnę, Musę sunt, quasi cantantes amœnè.
Campania, regio Italię sic dicta, quod campestris sit. *Tierra de lauoro.*
Campani, vocantur illius populi.
Campę ciuitas prefecturæ Ciliticę in Cappadocia.

 ✣ Cam-

✠Camphasus,proprium nomen equi. Sil. Ital.lib. 1.
Cāpi Diomedis, dicti sunt qui Diomedi in diuisione Italiæ cesserunt.
Cāponi,popu.Galliæ Aquitanicæ.Plin.li.4. cap.19.
Campsa,vrbs in regione Cressæa.Herod.lib.7.
Campsiani,Germaniæ populi indigentia laborantes. Strab.lib.7.
Camuni,Euganæorum pop.in Italia.Plin.li.3. *Donde se halla Valle Camonica junto el lago d'Iseo en Lombardia.*
Camudolanum,ciuitas Trinoantum in Anglia Pto.
Cana,promontorium quod contra Lectum consurgens Adramyttenum sinum efficit. Strabon.libro decimo tertio.
✠Canæ,emporiū & promon.est Arabię fœlicis. Ptol.
Cana,vicus Galileæ,& vrbs Lycaoniæ.
✠Cana,mons est Herod. lib.7.
Canaan,nomen filij Cam,à quo Cananæus,a,um.
Canaca,ciuitas est Turdetanorum in Hispania.
✠Canace,Aeoli filia Macarei soror.Ouid.in Epist.
✠Canoche,vnus canum Actæonis est.Ouid.
Canais,amnis Aeolidis.Plin.lib.5 cap.30.
Canaluones,montes sunt Macedoniæ.Ptol.
✠Canan,dicta est Arabia à Cam qui in ea consedit.
✠Cananæa,Syriæ regio à Cananæo filio Cam sic dicta.
✠Cananitis,idis.adiectiuum à Canaan.
Canariæ,insulæ maris Atlantici quæ & Fortunatæ, à magnorum canum ingenti multitudine sic dicta. Plin.lib,6.cap.32.
Canarij, Africæ populi circa Atlantē montem. Plin.
Canas,oppidum Lyciæ regionis Asiaticæ.Plin.
Canastræum,promont. Macedoniæ in Thermaico sinu.Vulgo *Cānistro*.
✠Canastræum,promont. Pallenæ proximum.Herod.
Canatha,opp. in Decapolitana regione quæ Syriæ iungitur.Plin.lib.5.cap.18.
✠Canchlæi, Arabiæ populi.Plin.lib.5.cap.10.
Cancieni,populi sunt Italiæ in Græis Alpibus.
✠Candace,Aethiopum regina Augusti tempore regnauit,à qua omnes reginæ Candaces dictæ.
Candanum,opp.est apud Iazyges Metanastas.
‡Candara,vrbs Paphlagoniæ,vbi Iunonis Candrenæ templum.Steph.
Candaria,promontorium est in Coo insula.Strab.
Candari,populi sunt Asiatici.Pomp.lib.1.
‡Candasa,castellum Cariæ.Steph.
Candauiæ,montes sunt in Macedonia.Strab. Plin.
✠Candaules,Sardum fuit tyrannus Herod.lib.1.
✠Candax,regina Aethiopum,dicitur & Candace.
Candeboea,palus in radicibus Carmeli montis. Pli.
✠Candei,Arabici sinus populi,quos Ophiophagos ob id vocant,quòd serpentibus vescantur.Plin.
✠Candidum,Zeugitanæ regionis promontorium.Pli.
✠Candiope,Oenopionis filia & Orionis soror Theo.
Candoum,opp.in Germania est.Ptol.
Candypa,Lyciæ regionis ciuitas est.Plin.lib.5.
Candys,ciuitas est Mediæ mediterranea.Ptol.
Canelatæ,ciuitas est Corsicæ insulæ.Ptol.
Canæ,ciuitas est Aeolidis regionis. Plin.lib.5.
‡Canebium,vrbs Cariæ,Cyon post appellata Step.
Canentelus,fluuius est Galliæ Aquitanicæ.Ptol.
Canidia,Neapolitana vnguentaria quam vt venefică sæpe carpit Horat.
✠Caninius,Romanus,septem horarum consul fuit.
Canipsa,ciuitas est Arabiæ fœlicis.Ptol.
✠Canis,sydus cœleste quod leporē fugientē sequitur.
✠Canicula,oritur.7.Gal.Aug.non occidens nisi post dies.40.à qua Canicularis dies.
✠Canius,poëta adeo hilaris vt semper rideret.
Cannę,arum ignobilis vicus Apuliç, clade Romanorum illustris redditus.
✠Cannenses,populi Cannas inhabitantes.Plin.
✠Canobus,nauis Menelai gubernator fuit.
Canopicū, Zeugitanę regionis, quę propriè Africa dicitur,oppidum.Plin.lib.5.cap.4.
Canopicum,vnum ex Nili fluuij ostijs.Plin.lib. 5.
✠Canopitanum,ostium pro Canopico dixit.Sol.
Canopus,parua insula adiacens Nili ostio quod Canopicum vocant Pomp. (*Damiata.*
Canopus,ciuitas Aegypti olim dicebatur, quæ nunc
✠Canopus,syderis nomen.Plin.lib.6.cap.22.
Cantabria, Hispaniæ est regio versus septentrionē, inde Cantabrienses. *Vizcaya, Lepuzcua.*
Cantabri,populi sunt bellicosissimi eius regionis.
✠Cantabricus,a,um.adiect.vt bellum Cantabricum.
‡Cantanus,vrbs Cretę.Steph.
✠Cantarus,poëta comicus Athenienſis.Suid.
✠Cantharolethros,locus est paruus in Thracia.
✠Cātharus,signū in cœlo tribus stellis cōstās in Aquario.
‡Canthelia vrbs iuxta Carthaginem.Steph. (rio.
✠Cantherius,mons est in Sabinis.Varr.
Cantiœbis,vrbs Germaniç.Ptol.
✠Cantium,Britannię promontorium.Ptol.Cantia. Vulgo *Kent.*
‡Cantuaria,ciuitas in Cantio.Vulgo *Canterbury.*
Canuccis,ciuitas est Mauritanię Cæsarienſis.Ptol.
✠C.Canuleius,Tribu,plebis orationem egit aduersus Coss.Liuio lib.4.
Canum ciuitas,in Aegypto est quæ Cynopolis.
Canunj,populi sunt Italię in Alpibus.
Canusium,oppidum Apuliç,quod prętersluit Ausidus amnis.Vulgo *Canossa.*
‡Capaneus,vnus e.7.ducibus qui Thebas obsederūt.
Capara,Hispaniç Lusitaniç vrbs.Pto.Vulgo *Caparca.*
Caparenses,populi Lusitaniç stipendiarij.Plinio.
Caparcelis,ciuitas est Armeniç minoris.Ptol.
Caparorsa,ciuitas est Iudęę Palestinę.Ptol.
Capasa,ciuitas Hispaniç.Ptol.
✠Capastitę, enumeratur inter Asię prefecturas. Plin.
Capedunū,vrbs Istro fluminiadiacens. Strab.lib. 7.
✠Capena,opp.vicinum Romę iuxta fontem Aegeriç. *Porta de S. Sebastiano, donde oyse halla el castillo de Canapina por el qual se passa por andar a Roma.*

✠Capena,

✠Capena,porta Romæ, quæ & porta Appia dicta est.
Capenates,Italiæ populi Clusinis vicini. Plin.lib.3.
✠Caper,proprium nomen Grammatici.
Caper fluuius,Laodicęam vrbē Cariæ allues. Strab.
✠Capetus,Albæ rex fuit Capys filiꝰ & Tyberini pater
Caphareus,mons est altissimus Eubœæ,versus Hellespontum.Plin.lib.4.cap.12.Vulgo *Chimi.*
✠Capharnaum,ciuitas nobilis,Galileę metropolis.
Caphas,mons est Libyæ interioris.Ptol.
✠Capheris,insula deserta inter Chersonesum & Samothracen.Plin.lib.4.cap.12.
Caphyis,lucus Arcadiæ est. Plin.lib. decimo sexto, capite quadragesimo quarto.
Capillati,populi inter Alpinas gentes.Plin.lib.3.
Capronis turris,opp.est Bæticæ.Strab.
Capissa,ciuitas Indo flu.proxima,quā Cyrus diruit.
✠Capitalia,mōs Indicorum altissimus.Pli.li.6.ca.20.
✠Capito,cognomē eius qui magno capite fuit. Sipōt.
✠Capito Lycius,historicus composuit historiam Isauricam.Volat.
Capitolias,ciuitas est Syriæ cœles.Ptol.
✠Capitolinus,cognomen eius qui caput inuenit cum Capitolium extruendum esset. (sit.
✠Capitolinꝰ,cognomē authoris qui de Cæsaribꝰ scrip
Capitolinus collis,prima origo Romę fuit quum antea Saturnia diceretur.
Capitolium,arx prægrandis Romæ,in monte Saturnio à Tarquinio Superbo extructa.Plin. *Cāpidoglio.*
✠Capitolium,ante Tarpeius mons vocabatur.
Capitulū,Italiæ vrbs est prope Bouillas & Calatias.
✠Capnobatæ,populi qui Mysi dicuntur.Strab.
Capoti,populi sunt Hispaniæ.Ptol.
Capote,mons Armæniæ ex quo Euphrates oritur.
✠Cappadocia,Asiæ regio,vtraſq; Armenias tangens.
Cappadocia,sic dicta à Cappadoce amne, nam ante Leucosyria vocabatur.
‡Cappadox,& Cappadocus,a,um.adiectiua.
Cappagum,oppidum Bæticæ conuentus Gaditani.
✠Capra,signum cœleste est.Colu.lib.11.ca.2.
Capraria,insula prope Italiam in mari Tusco,capris abundans,à Græcis Aegilos dicta.
Capraria,insula vna ex Fortunatis.Plin.lib.6.
Capraſia,Padi fluminis ostium.Vulgo *Mangiauacca.* Plin.lib.2 cap.16.
✠Capreæ,insulæ proximæ Neapoli.Pli.lib.3.cap.6.
Capreæ, insula vltra Surentum Campaniæ vrbem. Vulgo *Capri.*
Capreæ saltus,prope Romā vnde raptus Romulus.
Capretæ,pop.sunt Asiæ Plin.lib.5.cap.30.
✠Capria,lacus est Straboni in descriptione Pāphyliç.
✠Capricornus,cœleste signum, quod Pana fuisse existimant.Cic de natura Deorum.
✠Caprius,viri proprium est.Horat.in Serm.
✠Caprotinam Iunonem, & nonas Iulias Caprotinas veteres dixerunt,Sipont.Macrob.
Caprullon,portus est prope montem Atho. Pomp.
‡Capsa,vrbs Chalcidicæ regionis iuxta Pellenē. Ste.
Capsa,ciuitas Africæ sub Adramytto.Ptol.
‡Capsitani,pop.Zeugitanæ regionis,quæ Africa minor dicitur.Plin.lib.5.cap.4.
Capua,clarissima Cāpaniæ vrbs,quæ Annibalem victorijs fatigatum,luxu,atq; ocio perdidit.
Capuani,prius Osci appellabantur.Cat.in Orig.
Capurium,ciuitas Siciliç mediterranea.Ptol.Vulgo *Capizzi.*
✠Capys,Assaraci filius & Anchisæ pater, à quo condita Capua.Virg.lib 10.
✠Carabi Scythiæ fluuius est Plin.lib.6 cap.17.
Caraca,ciuitas est Asiæ.
Caracra,vrbs Hispaniæ.Vulgo *Guadalajara.*
Caraceni,populi sunt Italiæ sub Ferentanis. Ptol.
Caraga,ciuitas est Africæ sub Adramytto. Ptol.
‡Carallis,Isauriæ ciuitas,gentile Carillides.Steph.
Carallis,ciuitas & promon.Sardiniæ insulę.
Carallitani,pop.sunt Sardiniæ insulæ.Plin.
Carallitanus sinus,& Carallitanū,promont. ibidem.
Carambis,Paphlagoniæ promont.est.Plin.
Carambis,prom.est Galatiæ.Pto.Vulgo *Cabo Pisello.*
‡Carambucis,Scythiæ fluuius ad montes Riphæos.
Carana,Ponti opp.à quo Caranensis regio.
Caranitis,præfectura est Armeniæ maioris.Plut,
✠Caranus,Macedoniæ rex de quo Iust.lib.7.
Caranus,portus Aradiorum in Phœnicia.Strab.
Cararus,opp.est Africæ sub Adramytto.Ptol.
Carasēni,pop.sunt Tauricæ regionis.Plinio.
✠Carastasci,populi sunt circa Mæotin.Plin.lib.4.
Carax,cos,castellum est Corsicæ insulæ.Strab.
✠Caraxus,frater fuit Sapphus & Amasius Pyramidis meretricis.Perot.
Carbalia,regio est in Pamphylia.
‡Carbana,vrbs Lyciæ.Steph.
Carbania,parua insula Italiæ adiacens.Pomp.
Carbantorigū,ciu.est Britanniæ. Ptol. Vulgo *Carrik.*
Carbas,ventus Africus,quē nautæ Carbinum vocāt.
Carbi,populi sunt Arabiæ.Diod.lib.4.
Carbileti,sunt Thraciæ pop.Plin.lib.4.cap.11.
✠Carbilius,primus Romanorum vxorem repudiauit ob sterilitatem.Plut.
✠Sp.Carbilius,eius libertus, primus ludum grāmaticæ Romæ aperuit,mercede docens.Plut,
✠Carbo,orator Romæ,de quo Cic.in Bruto.
✠Carbo,illius filius quem Cic.inter Oratores refert.
Carbones,populi sunt Sarmatiæ Europæę.Ptol.
Carbulo,opp.Bæticæ prope Cordubam. Plin.lib 3. Hodie Carpium.
Carbusos,insula prope Thraciam Chersonesum.
Carcasum,vrbs Galliæ Narbonēsis.Plin.Vulgo *Carcasona.*
Carcathiocerta,Armeniæ maioris vrbs est.Plin.
Carcenses,populi Hispaniæ Cæsar aug.conuentus.
‡Carcesia,insula vna Cycladum,alias Amurgus.
Carchedon,Græcè dicitur quæ Carthago Latinè.

Carcina,ciuitas est Sarmatiæ Europææ. Ptol.
Carcinæ,es,opp.iuxta Mæotida paludem. Pomp.
Carcina,fluuius Locrorum in magna Græcia.
Carcinites sinus,Scythiæ,Europæ.Plin.li.4.ca.12.
Carcinitum,flumen est Sarmatiæ Europææ.Ptol.
Cardamyla,vrbs fuit Peloponnesi in Argo propinqua pylo.Homero.
Cardamene,insula iuxta sinum Arabicum.Ptol.
Cardea,siue Cardynea,dea erat Romæ quæ Cardinibus præerat,quasi Cardina.
‡ Cardesus,vrbs Scythiæ.Steph.
Cardia,Thraciæ ciuit.à cordis similitudine sic dicta.
Carditenses,pop.sunt Syriæ cœlos.Plin.lib.5.
Carduchi,loci sunt Parthiæ ad Tigrim. Stra.lib.16.
‡ Carenses,Hispaniæ populi, Complutensibus vicini. Plin.lib.3.cap.3.
Carentani,Italiæ pop.Frentanis vicini. Plin.
Careotæ,populi sunt Sarmatiæ Europææ. Ptol.
✣ Cares,dictus est statuarius Lysippi discipulus.
‡ Cares,filium habuit Cryassum,qui Cariæ vrbi nomẽ dedit.Steph.
Cares,dicuntur Cariæ & Phrygiæ incolæ.Plin.
Cares,Darij regis tributarij fuerunt.Herod.lib.7.
Caresius,flu.Troiæ est.Hom.lib.12.Iliad.
Caretha,insula in mari Lycio quę & Dionysia.Plin.
Caria,regio minoris Asiæ inter Lyciam & Ioniam.
Caria,portus est Thraciæ regionis.Pomp.lib.2.
Caria, prius dicebatur quæ postea Co insula, Vulgo
Caria,ciuitas est Laconicę regionis.Steph. (*Lango.*
Caria,mulieres sacerdotes barbescunt. Aristo.lib.3. de historia animalium.cap.11.
Cariara, vna ex. 4. vrbibus quas Ianus in littore Etrusco posuit Cat.in fragmentis Orig.Vulgo *Luni.*
Carta,à Car & Iara,quæ duo vrbem & Lunam significant.
✣ Cariara,ciuitas est in Bactriana regione.
Carianda,insula est in ora Cariæ regionis. Plin.lib.5.
Cariapa,promontorium est Parthiæ regionis.Ptol.
Caricus & Carius,a,um.adiectiua sunt à Caria.
Carietes,populi sunt Hispaniæ citerioris.Plin.
✣ Carillæ,opp.Picentum quod Annibal deleuit.Sil.
Carima,ciuitas Tectosagum in Galatia.Ptol.
Carinæ,Romæ dicebantur ædificia, facta in modum carinarum,quæ erant in templo Telluris.Virg.
Carini,populi sunt Germaniæ.Plin.lib.4.cap.14.
Carinsij, populi sunt Sardiniæ Ptol.
Cariosuelites,populi sunt Galliæ Lugdunensis.Plin.
‡ Caris,olim vocabatur Cos insula.Step. Vulg. *Lango.*
Carisa,op.Bæticæ,quod & Aurelia.Plin *Cazorla.*
Carissa,oppidum est Cappadociæ.Plin.lib.6.
Caristi,populi sunt Hispaniæ. Ptol.
✣ Carius, filius Iouis & Danaës, diuinos honores in Lydia assecutus fuit.
Carma,ciuitas est Mediæ,melius credo Curena.
✣ Carmacæ, Asiæ populi circa Mæotin. Plin.lib.6.
Carmala,fluuius est Cataoniæ.Strab.lib.12.
Carmania,regio est Asiæ iuxta Persidem. Ptol. Vigo *Narsinga.*
✣ Carmania,duplex est.Ptol.culta & deserta.
✣ Carmani,Asiæ populi Carmaniam inhabitantes.
Carmelum,vel Carmelus,promontorium & oppidũ Syriæ Phœnices.Plin.lib.5.cap 15.
✣ Carmenus,mons Galileæ est ad australem plagam.
✣ Carmẽta,vates fuit Arcadica,Euandri mater a qua,
Carmentalis,porta Romæ quæ postea scelerata dicta,*Donde oy se vee el jardin de S. Maria Nueua.*
Carmis,flu.ex Ombricorũ regione ortus in Istrum fluens.
Carmo siue Carmonia,op.est Bæticæ.Stra.*Carmona.*
✣ Carmon,locus est in Messenia. Calep.
✣ Carmon,templum erat Apollinis in Laconia.
✣ Carmon,flumen est in Achaia & mons in Peloponneso. Calep.
Carmylesus,locus est antigrago monte. Strab.
Carna,ciuitas est Arabiæ fœlicis.Ptol.
Carnalis,ciuitas est Armeniæ minoris.Ptol.
✣ Carnapæ,populi sunt circa Mæotin.Plin.lib.6.
Carnæ,Phœniciæ opp.ad montem Libanum.
✣ Carneades,Cyrenæus, nouæ academiæ princeps, Chrysippi maximè studiosus. Plin.
✣ Carneades,philosophus Athenien sis Anaxagoræ discipulus.Suid. (dicitur.
Carni,populi Italiæ,quorum regio vulgo Carniola
Carnia,festa erant quæ Lacedæmonijs celebrabantur.Herod.
Carnicus vicus,qui à Carnis colitur.Strab.
Carnon,op.est Arcadiæ.Plin.lib.4.cap.6.
Carnonacæ,populi sunt Britanniæ.Ptol.
✣ Carnotum,regio est totius Galliæ media,Druidum quondam sedes.
✣ Carnutes,populi inter Celtas Andegauensibus finitimi.Vulgo *Los de Chartres.*
Carnunti & Carnuntij,Germaniç populi sunt à Carnunto.Plin lib 4.cap 12.
Carnuntum , oppidum inter Danubium & syluam Hercyniam.
Carodunum,Germaniæ vrbs Ptol.hodie *Cracouia.*
Caroea,vicus est Mæotide ad Carnutem flu.
Caronium,vrbs Hispaniæ Tarraconensis Ptol.Vulgo *Cheroga.*
✣ Carpanetum,locus est in Attica regione.
Carpasæ,insulæ sunt Cypro adiacentes.Ptol.
Carpasium,op.est Cypri insulæ.Plin.lib.5 cap 31.
Carpathos,insula inter Aegyptum & Rhodũ sita in mari mediterraneo.Vulgo *Scarpanto.*
Carpathium mare,à Carpatho insula dicitur *La mar de Scarpanto.* (*Crapaltz.*
Carpatus,mons est Sarmatiæ Europæ.Ptol.Vulg.
Carpentoracte,Galliæ Narbonensis ciuitas Plin.li.3 cap 3.Vulgo *Carpentras.*
‡ Carpesij,gens Iberica intra Iberum fluuium.Steph.
Carpetani,Hispaniæ populi ad Tagum flu.Plin.

Carpiani,

Carpiani,populi sunt Sarmatiæ Europæ.Ptol.
✣ Carpi,populi sunt Zeugitaniæ regionis.Plin.
Carpinites sinus iuxta Mæotida.Str.Carpinietus.
✣ Carpis,flu.est Scytharum Herod.lib.4.
Carpis,ciuitas est Africæ propriæ. Ptol.
Carpis,ciuitas est Pannoniæ inferioris.Ptol.
✣ Carpocrates,proprium cuiusdam hæretici qui negabat mundum à Deo factum.
✣ Carpophorus.Cæsaris Domitiani amicissimus.Mar.
Carpudemum,ciuitas est Thraciæ. Ptol.
Cartæ,Mesopotamiæ vrbs Crassi cæde nobilis. Plin.
Carræ,vrbs Arabiæ ad mare Erythreum est.Plin.
Carrabra,ciuitas est Mygdoniæ in Macedonia. Pto.
Carecę,Italiæ vrbs sub Venetia.Ptol.Vulg. *Caranas.*
Carrea,quæ Potentia cognominatur,op.Italiæ.Plin.
Carrei,quorũ op.Charrati,populi sunt Arabiæ.Plin.
Carrodunum,op.Vindelicię est.Ptol.
Carrodunum,op.est Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Carseolanus,a,um.adiect.est à Carseoli.Ouid.
Carseoli,op.in via Valeria non longe à Pelignis.
Carsidana,ciuitas est Daciæ. Ptol.
Carsum,ciuitas est Mysiæ inferioris.Ptol.
✣ Carsus,fuit vnus ex Darij principibus.
Cartadulum,ciuitas est Hyrcaniæ regionis.Stra.
Cartadulorũ regio,est in Indiæ montibus quam Satyri inhabitant.Plin.li. 7.cap.2.
Carthalia,ciuitas est Hispaniæ prope Saguntum.
Cartalo,viri proprium est Silio.Ital. lib.15.
Cartani,populi sunt Libycæ nomidis in Aegypto.
Carteia, ciuitas Hispaniæ ad Calpen.Plinio.Vul. *Tarifa.*
Cartenna Augusti,colonia in puincia Tingitana.Pli.
Cartenus,flu.est Mauritaniæ Cæsarien sis Ptol.
Carthea,vrbs est in insula Ceo.Strab.lib 10.
Cartheius & Cartheus,a,um.adiectiua à Cartheia.
Carthada,ciuitas quæ postea Carthago dicta est.
Carthago, vrbs Africæ celebris,a Didone condita.
Carthago,Iunonia dicta quod a Iunone diligeretur.
Carthago, a Carthagine Herculis filia dicitur cum Byrsa prius diceretur Cicero de Natura Deorum,
Carthago,eadem aduersus quam populus Rom.totiens bella gessit.
✣ Carthago,ab Adriano Imp.postmodum dicta Adrianopolis,à Commodo , Alexandria Commodiana Togata dicta.Iamprid.
Carthago vetus, ciuitas Hispanię Tarraconensis.
Carthago noua,ciuitas ab Asdrubale in Bętica condita.Pompon.Vulgo *Carthagena.*
Carthaginenses,populi a prędictis vrbibus.
✣ Cartij,populi Persię sunt. Strab.lib.11.
Cartina,ciuitas est Bęticę prope Malacam.
Cartris,Cimbrorum peninsula est.Plin.lib.4.
Cartuarij,populi sunt Germaniç credo esse potius Chętuori.
Caruancas,mons est in Norica regione. Ptol.
Caruanis, ciuitas est Ponti Polemoniaci.Ptol.
‡ Caruentus, vrbs latinorũ Gentile Caryentanus.Ste.
Carum,populus est qui passim in bellis mercenarijs locant operam.
Carura,locus est Phrygiæ & Cariæ confinium. Stra.
Carusadius,mons est Italiæ.
Carusia,ciuitas Indiæ ab Alexandro condita.Solin.
✣ Carusij, pop. Troglodytis & Aethiopibus finitimi.
Carya vel Cariũ,ciui.est Peloponesi,a Gręcis diruta
Carya,ciuitas est Lyciæ regionis.Pto.
‡ Carianda,lacus & insula Cariæ regionis,Steph.
✣ Cariatis,idis.mulier quæ est ex Caria regione.
‡ Caryatides columnę,in antiquis substructionibus celebratę.Vitru.
Carynia,ciuitas est Achaiæ.Pli.li.14.cap.18.
✣ Caryste,vel Caristos,Insula in mari Euboico.
Carystos,ciuitas est Eubœæ insulæ.Stra.lib.10.Vulg. *Caristo.* vnde marmor Carystius.Pli.
✣ Casalus sinus,est in Corsica insula.Ptol.
Casania,ciuitas est Palmyrenæ regionis. Ptol.
✣ Casandra,insula est contra Persidem.Pli.lib.6.
‡ Casandria,vrbs Macedoniæ q̃ olim Potidæa.Step.
✣ Casca,fuit Brutt armiger.Silio.Iliad.lib.7.
✣ Cascandrus,insula est deserta in Oceano versus Indiam.Plin.
Cascantum,opp.est Hispaniæ citerioris.
✣ Cascatenses,Hispaniæ populi sunt.Plinius.lib 3.
✣ Casellius Vindex,optimus habitus iurisconsultus.
Casiani,populi sunt Apamiæ regionis.Stra.
Casilini & Casilinates, pop.sunt Calasinũ incolẽtes.
Casilinum Italiæ,opp.in Campania. Plin.
Casinum,Campaniæ vrbs in Italia.Plin. lib.5.
Casiotis,idis.regio est Syriæ,à Casio monte dicta.
Casitæ,po.sunt Aegypti.Pto.melius videtur Oasitæ.
Casius,mons est Arabiæ in qua delubrũ Casij Iouis.
Casius,mons ad Serbonitidis vsque lacum pertingit. Herodot.
Casius,mõs est alius Antiochiæ,poximus.Sol.ca.49.
✣ Casium montem,quidam Sinai esse adserunt.
Casmare,opp.est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
‡ Casmene,vrbs Siciliæ.Steph.
Casmonates,sunt Ligutiæ populi. Plin lib.3.
✣ Casos,insula est vna Cycladum, iuxtà mare Carpathium,quæ & Astrabe dicitur.Vulgo *Caso.*
Caspatyrus,vrbs est Pacticæ regioni cõtermina. He.
✣ Casperia,nomen vrbis in Italia.Verg. lib.7.
✣ Casperia,mulieris propriũ est.Seruio.in.10. Acnei.
Casperia,insula est vna ex Fortunatis.Ptol.
✣ Casperula,opp.est Sabinorum in Italia. Silio.
Caspiæ portæ,dicuntur vbi se Taurus mõs dehiscit,
Hesperidum horti, in Africa quondam fuerunt.
Hesperij Aethiopes, populi sunt Aethiopiæ interioris. Ptol.
Hesperionceras, promont. Africæ. Vulgo *Cabo Verde.*
Hesperis, ciuitas est Libyæ. Steph.
Hesperius, ciuitas est Cyrenaicæ. Pomp. lib. 1. ca. 8.
Hesperius, a, um. res ad Hesperiā pertinens. (speria
✣Hesperus, filius Iapeti, Atlātis frater à quo Italia He
Hesseni, populi sunt Iudææ Palestinæ. Plin. lib. 5.
Hestiæa, pars est Thessaliæ. Strab. lib. 13. & Ptol.
Hestiæa, opp. est Acarnaniæ. Steph.
Hestiæa, opp. est Euboeæ. Pomp. lib. 2. cap. 7.
Hetobema, ciuitas est Hispaniæ. Ptol.
Hetruria, siue Aetruscia, regio est Italię. Pl. li. 3. Vulgo *Toscana.*
Hetruscus, a, um. res ad Hetruriam pertinens.
✣Hexagon, legatus ad Romanos Oblogenum Cypri populorum. Plin. lib. 28. cap. 3.
Hexi, oppidum est Hispaniæ prope Abderā. Pō. li. 2.
Hexitanus, a, um. rex ad Hexi pertinens.
Hexopolis, ciuitas est Sarmatię in Europa. Ptol.

H ANTE I.

Hiampeus, alter ex duobus Parnasi iugis.
✣Hiarbus, Libyæ rex Iouis ex Garamantidæ nympha filius. Verg. lib. 4. Aeneid.
Hibernia, insula est in mari Atlātico Oceano. Vulgo *Irlanda.* Nonnulli scribunt Ibernia.
Hiberni, populi sunt Hiberniæ incolæ.
Hibernus, a, um. & Hiberni populi ibidem.
‡Hiberni, longe magis quam Britanni sylue stres sunt.
Hicalessus, an Micalessus? oppidum & mōs Bœotiæ.
Hecesia, insula est vna ex adiacentibus Sicilię. Pto.
Hidorici, populi sunt Macedoniæ. Herod.
Hidruntum, siue Hydrus, untis, opp. Calabriæ. Pto. Vulgo *Otranto.* (uenço.
✣Hiera, insu. vna ex .7. Aeolijs iuxta Siciliā Vul. Le
✣Hiera, viæ nomen sic dicta, quod ea irent sacerdotes ad Eleusinam Cererem.
✣Hiera, nomen nymphę. Verg. lib. 9. Aeneid.
Hiera alia, vxor fuit Telephi Mysorum regis.
Hierra, vel sacra extremi, opp. est Lyciæ. Ptol.
Hiera Bycaminos. i. sacra morus, ciuitas est Aegypti
Hiera, vrbs, fuit quondam Lesbi insulæ. Pli. lib. 5.
Hiera, insula vna Cycladū quę aliter Automale. Vulgo *Suda.*
Hieracum, vicus est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Hieracum, insula est adiacens Sardiniæ. Ptol.
‡Hieraea, exigua regio Libyæ in Cyrene. Steph.
Hieramiaces, flu. est Syriæ curuę quæ Syris Magog.
Hierapolis, ciui. est Syriæ curuę quæ Syris Magog.
Hierapolis, ciu. est Phrygiæ magnæ cōtra Laodicæā.
Hierapolis, ciuitas est Cretæ in ora maritima. Plin.

Hierapolites,

Hierapolites, & Hierapolitanus, a, um. à Hierapoli.
Hierapygiæ, ciuitas est Thessaliæ. Strab.
Hierapytna, opp. Cretæ in ora maritima. Plin. li. 4.
Vulgo *Ierapetra.*
Hieraſus, flu. est Daciæ. Ptol.
Hierax, ciuitas præfecturæ Mareotæ Aegypti. Ptol.
✠Hieri. i. sacri, populi sunt vltra Sauromatas.
Hierico, siue Hiericus, untis. Hiericus, ici. ciuitas est Iudææ Palestinæ, quæ Hebraicis Iericho.
Hiericuntius, a, um. res ad Hiericuntem pertinens.
✠Hiero Syracusan⁹, pop. Romani amicus ꝓpetu⁹ fuit.
✠Hiero, Syracusanorum tyrannus, mira corporis pulchritudine. Iustin. lib. 23.
✠Hiero Ferreus, Athenié. familiaris Niciæ ducis Ath.
Hierocæsarea, ciuitas est Lydiæ. l. Mæoniæ in Asia.
Hierocepia. i. sacer ortus, insula Cypri prope Paphũ
Hierocomitæ, populi Teuthraniæ Pergameni conuentus. Plin.
Hieron. i. sacrum promont. est Hiberniæ insulæ. Pt.
Hieron, ἀρος. i. sacer mons, in Creta insula. Ptol.
Hieron, promont. est Lusitaniæ. Strab. lib. 3.
Hieróneſos, insula est in mari Siculo. Pli. li. 3. ca. 8.
✠Hieronymus, Siciliæ tyrãnus Hieroni patri succesſit
✠Hieronymus, Historicus Rhodius familiaris Demetrij Poliorcetis. Plut. in Demetrio.
✠Hieronymus, philosophus Rodius qui summi boni finem posuit in indolentia. (prium.
✠Hieronym⁹. i. sacrũ nomẽ viri doctiss. ac sãctiss. pro-
Hierepolis, vrbs vna ex tribus quæ terremotu in Asia ceciderunt.
Hieropoliẽses, pop. Teuthraniæ Pergamæi cõuẽtus
‡Hieros colpos, id est, sacer sinus, prope Aradũ ciuitatem est. Steph.
Hieroſolyma, æ. Hieroſolima, orũ. & Hieroſolymæ arum. ciui. est Iudææ Palestinæ, quæ & Hieruſalẽ.
Hieroſolymitanus, a, ũ. & Hieroſolymites, vel Hieroſolymus, aliquis à Hieroſolyma. Cic. Suet.
✠Hieroſolymarius, dictus est. Cn. Pompeius, à Hieroſolymis expugnatis. Cic. ad Atticum.
✠Hierotheus, id est, sacer deus, nomẽ viri proprium.
Hierus, flu. est Corsicæ & Sardiniæ insulæ. Ptol.
Hij, populi sunt Pãnoniæ superioris. Pt. melius Bij.
✠Hilarius, viri proprium ab ἱλαρός sicut Hilarion.
Hilleuiones, populi sunt Scandinauiæ. Pli. lib. 4.
Himantopodes. i. loripedes, populi sunt Aethiopię.
✠Himella, flu. est Italiæ. Verg. lib. 7. Aeneid.
‡Himera, flu. est per mediam Siciliam. fluens.
Himma, ciuitas est Syriæ Seleucidis regionis. Ptol.
✠Hiolcon, opp. in Thessalia, quod Thracẽſes Aemonij condiderunt. Lucan. lib. 3.
Hippa, ciuitas est Mauritaniæ Cæsarienſis. Ptol.
Hippadis pelagus, est in Aethiopia sub Aegypto. Pt.
✠Hipparchus Nicæus astrologus, primus instrumẽta mathematica inuenit, scripsitq; aliqua. Suid.
✠Hipparchus, poeta comicus cui⁹ fabula περὶ γάμων i. de nuptijs inscribitur. Suid.
✠Hipparchus alius, filius Pisistrati tyranni. Thucid.
‡Hiparis, fluuius in Camarina cuius aquarũ pars dulcis, pars salsa est Interpres Pindari.
✠Hippasos, vnus fuit è Centauris.
✠Hippasus Metaphontinus, auditor Pythagoræ fuit.
✠Hippe, Chironis Centauri filia in equam conuersa.
✠Hipperides, orator Athenięsis æmulus Demosthenis
Hippi, promont. est Syrtis magnæ, in Africa. Ptol.
Hippi, insula fuit Ioniæ adiacens. Plin. lib. 5. cap. 29.
✠Hippias, Elcus philosophus discipulus Hegesidemi
✠Hippias, Phisistrati filius, qui in Marathomia pugna cecidit. Cic. ad Attic.
Hippici, montes sunt in Sarmatia Asiatica. Ptol.
Hippini, populi Cariæ cõuentus Alabãdici. Pl. li. 5.
Hippion Argos, quod Achaicum dicebatur. Peloponnesi vrbs, ab equis deduci videtur.
Hippius, flu. est Ponti siue Bithyniæ. Ptol.
Hippo regius, opp. Numidiæ in Africa episcopatu. D. Augustini insigne. Vulgo *Bona.*
✠Hippodiarrhitus. i. irriguus, opp. quoq; non longe à priori, sic dictum quod palustri solo madeat. Plin.
✠Hippo, vtrumq; à Græcis equitibus cõditum. Solin.
Hipponensis, ab vtraq; Hippone deducitur.
Hipponẽsis sinus, ab Hippone Diarrhitò dictus. Pli.
Hippo Caurasiarum, opp. Bæticæ in Hispania. Plin.
✠Hippo, puellæ Bœotiænomen. Plut. in Pelopida.
‡Hippo, oppidum Locrorum in Brutijs.
✠Hippocẽtauri. i. equorũ stimulatores, filij fuere Cẽtaurorum. Diodor. Sic.
‡Hippocoon, cum liberis ab Hercule interfectus.
Hippocorona, ciuitas est Cretæ insulæ. Stra. lib. 10.
Hippocoronium, alia ciuitas Cretæ. Strab. lib. 10.
✠Hippocrates Cous, medicus auditor Democra. Sui.
✠Hippocrates, ꝑter supioré, Suidas quinq; cõmemorat.
✠Hippocrates alius, dux Athaniẽsis in bello Peloponesiaco. Suid.
✠Hippocrene, fons est Bœotiæ prope Heliconé Musis sacer, iuxta quem est Aganippe.
✠Hippocrene, fons quoq; Caballinus appellatus.
Hippocrenides Musę, ab Hippocrene fõte appellatę
✠Hippodamia, filia Oenomai regis Pisæ ac Elidis. Ser.
✠Hippodamia, alia Brysæ filia, quam Achilles secum abduxit expugnato Lyrnesso.
✠Hippodamia, alia Anchisæ filia, q̃ Alcathoo Troiano nupsit, quem Idomeneus in pugna occidit.
✠Hippodamus Milesius, primus eorum qui in repub. versati non essent, disseruit de optimo ciuitatis statu. Aristo.
✠Hippodorus, dux Athenienſis, vnus Codridarũ. Aelianus de varia historia.
✠Hippodromus, Thessalus genere, patria Larissæus inter sophistas refertur. Philostrat.
Hippodromus, locus est in Libya circa Canopicum ostium.
✠Hippola, vrbs vetus Laconica, gentile Hippolaites.
✠Hippoloch⁹, filius fuit Bellerophõtis, & Glauci patet
✠Hippolochus,

✠Hippolochus, alius Antimachi Troiani filius, ab Agamemnone interfectus. Hom. lib. 11. Iliad.
✠Hippolyte, vxor Acasti regis Magnesięq̃ & Cretheis
✠Hippolite, Amazonum regina Thesei vxor. Ouid.
✠Hippolytus, fili⁹ fuit Thesei & Hippolites Amazonis
✠Hippolytus, dictus fuit Virbius, eò qđ vir bis fuerit.
✠Hippolytus alius, qui in Danielem & Prouerbia scripsit commentarios. Suid.
✠Hippomachus, tibicen fuit de quo vide Aelianum.
✠Hippomedon, ontis. viri proprium est Silio Italico.
✠Hippomenes, Neptuni nepos Atlãtã puellã cursu vi
Hippomolgi, pop. sunt in insulis maris Scythici. (cit
Hippon. i. equorum statio, locus in Numidia.
✠Hippona, dea erat equorum, quã stabularij maximè colebant. Apul. lib. 2. Metam.
✠Hipponax, poẽta Ephesius à quo Iambicũ Hipponacticum, quod & scazon. Plin. lib. 5.
Hipponium, opp. est Brutiorum in Italia vnde
Hipponiates sinus, ab eodem Hipponio dictus. Vulgo *Golfo de Santa Eufemia en Calabria.*
Hipponiata, sinus Crotoniẽsiũ qui Terineus appellat
Hipponitis stagnum, est in Africa propria. Ptol.
Hipponesos, insula est in sinu Ceramico. Pli. lib. 5.
‡Hipponesos, vrbs Cariæ & alia Libiæ. Steph.
Hippophagi, populi sunt Sarmatiæ Asiaticæ, Ptol.
Hippophagi, populi sunt Persidis regionis. Ptol.
Hippophagi, populi Scythiæ equinos pedes habẽtes
‡Hippotamadæ, vicus in tribu Oeneide. Steph.
Hippote, locus est prope Heliconem. Plut.
Hippuris, insula est vna è Cycladibus. Plin. li. 4. 12.
Hippus, mons est Syriæ curuæ. Ptol
Hippus, mons est in Arabia fœlici. Ptol.
Hippus, item vicus est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Hippus, flu. est Colchidis regionis. Ptol.
Hippus, opp. est Iudææ Palestinæ. Plin. lib. 5. cap. 15.
‡Hippus, insula Eretriæ. Item vrbs Siciliæ. Steph.
✠Hipseus, filius fuit Asopi fluminis qui Etcocli in auxilium venit contra Polynicen. Stat.
✠Hipsicratea, vxor Mithridatis, q̃maximè virũ dilexit
Hira, ciuitas maritima Peloponesi iuxta Pylõ. Hom.
Hiracoda, vrbs est insulæ Arabię. Diod. Sic.
‡Hirasa, locus Libyæ, in quem Afri Battum transtulerunt. Seph.
Hirminium, flumen est Siciliæ insulæ. Pli li. 3. ca. 8.
✠Hirpiæ, familiæ sunt nõ pauceę in Falisciorũ agro. Pl.
Hirpini, pop. sunt in secũda Italię regione. Plin.
Hirpini montes, per quos Aufidus fluui. Canusium prætersluit.
Hirus, mons est Asiæ, vnde fluit Hermus. Herod. li. 1.
✠Hirti⁹. Cos. cũ Pãsa collega in ꝑlio ab Antonio cæsus
Hisarci, pop. sunt Alpini. Pl. li. 4. c. 20. Vide Mesauci
✠Hismaelitæ, populi sunt qui nunc Sarraceni dicũtur
Hispa, flu, est Siciliæ. Silio.
Hispalis, opp. est Bæticæ clarissim. Pl. Vulgo *Seuilla.*
Hispalensis, e. res ad Hispalim pertinens.
Hispalẽsis cõuentus, opp. à latere dextro Hispalis.
Hispania, regio Europæ, eadẽ q̃ Iberia & Hesperia.
Hispania, in tres prouincias diuiditur, scilicet.
Hispania vlterior, quę Bętica prouincia cognominatur. Vulgo *Andaluzia.*
Hispania citerior, dicit Lusitania atq; Tarraconé.
Hispania vlterior, aliquãdo pro Bætica & Lusitania simul intelligitur.
✠Hispania, nobis protulit Quintilianũ, Senecã, Martialẽ, Silium, Lucanum, Prudentiũ, Pomponium, Melam, & alios doctos innumeros.
Hispanicus, a, um. dicitur qui Hispaniam debellauit
Hispanus, a, um. res ad Hispaniam pertinens.
Hispanienſis, e. quod est Hispaniæ extra illam.
Hispanienſis, e. quod non est Hispaniæ in illa.
Hispanienſe, vnum ex Rhodani ostijs. Pl. li. 4. ca. 4.
Hispellum, opp. est vmbriæ mediterraneum. Plinio. quinto à Fulgineo lapide, nunc castrum est dirutum. Vulgo *Spello.*
Histi, statio, est in Icaria insula. Stra. lib. 14.
Histiæa, ciuitas est Eubœę insulæ. Herod. lib. 8.
✠Histiæus, fuit Milesiorum tyrannus. Herod. lib. 6.
Histonium, opp. Italiæ non procul à mõte Garganõ Pom. Vulgo *Estomi.*
Histria, regio non ab Istro amne sed ab Histro duce dicta. Caton. in Originib.
Histri, pop. sunt Histriæ regionis incolæ. Plaut.
Histricus, a, um. res ad Histriam pertinens.

H ANTE O.

Hoarus, fluu. est Mæotiorum in Mæotim paludem fluens. Herod. lib. 4.
✠Hodius, vnus è Grẽcorũ ꝑconibus in bello Troiano
Hodomantica, regio est Macedoniæ. Ptol.
Hodomanti, pop. sunt Hodomanticæ. Herod. lib. 5.
‡Hœtichius, vir fuit Achiuus, optimus statuariæ opifex. Hom. Iliad. lib. 7.
Holmiæ, prom. iuxta Isthmon Corinthi est. Str. li. 8.
Holmos, ciuitas est Ciliciæ. Strab. lib. 14.
Holopixos, ciuitas est Cretæ mediterranea. Pom.
Homatrtni, populi sunt Italiæ, Strab.
Homeritarum, regio est in Arabia fœlici. Ptol.
✠Homerus, Græcorum poetarum maximus & eloquẽtissimus, & reliquorũ poetarum fons. Ouid.
✠Homeri patria incerta est, nam septem vrbes certãt de stirpe insignis Homeri, Smyrna, Rodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.
✠Homerus, à cæcitate nomen sortitus, quũ prius Melesigenes dicèretur, aliqui lippũ tantũ fuisse dicunt.
✠Homericus, a, um. adiectiuum quod Homeri est.
✠Homeridæ, familiæ apud Chios illustris fuit. (dã.
✠Homeromastix. i. Homeri flagellũ, cog. Zoili cuius-
Homile, ciuitas est Thessalorum in Macedonia. Pto.
Homole, mons est Magnesiæ siue Thraciæ. Strab.
Homolium, op. est Magnesiæ. Plin. lib. 4. cap. 9.
Homoloides, portæ sunt Thebarum Bœotiarum.
Homonades, populi sunt in confinio Ciliciæ & Pamphyliæ. Strab. lib. 14.

✠Homenœa,

Homencœa, ppriũ mulieris, quo ſignificat cõcordia.
Honorius, viri proprium eſt apud Catullum.
✠Honoriades, patronymicũ ab Honorio, fecit Claud.
✠Horatius Cocles, Roman. vir clariſs. ſic dictus quod in prælio alterum oculum amiſerit, quaſi ocles.
✠Horatius Puluillus, q ædẽ Iouis Capitoli. dedicauit.
✠Horatij alij tres fuere, qui cum Curiatijs Albanis cõgreſsi ſunt.
✠Horatius, poeta Venuſinus Lyricorũ ſcriptor. Crin.
Hormenium, ſiue Ormenion, ciuitas eſt Magneſiæ.
Hormiæ, opp. Italiæ, quod poſtea Formiæ.
Hormina, ſiue Hyrmina, oppidũ Pelopon. Stra. li. 8.
Hormius, ſiue Hormias, flu. eſt Bœotiæ.
Hornei, populi ſunt non longe á Corintho. St. li. 13.
✠Horodis, rex Partorum qui M. Craſſum occidit.
Hortanum, oppidum eſt Hetruriæ. Pli. li. 3. cap. 5. Vulgo *Horti.*
Hortenſes, cognomine Vrbinates, po. Vmbrię in Ital.
✠Hortenſia, Hortenſij Rom. filia fuit eloquentiſsima.
✠Hortenſius, Romanus rhetor cauſarum rex ob eloquentiam dictus. Cic. in Bruto.
✠Horus, Aſſyriorum rex. Pli. lib. 30. cap. 15.
✠Horus, ab Aegyptijs dicitur Sol. Bocatio authore.
Hoſſa, Tuſcorum flu. Ptol. Vulgo *Marta.*
✠Hoſtia, puellæ nomẽ, quam à ſe amatam Propertius Cynthiam dixit.
‡Hoſtiones, pop. iuxta Oceanũ occidentalem. Steph.

H ANTE V.

Hunni, popu. ſunt ſeptẽtrionales Scythiæ Europęę.
Hunni, populi ijdẽ, a quibus Vngaria dicta Blondo.

H ANTE Y.

Hya, opp. eſt Phocenſium. Hom. 2. Iliad.
✠Hyacinthus, Amyclæ filius, ab Apolline diſco neca-
✠Hyades, ſtellæ. 7. in cornibus & ore Tauri. (tus.
✠Hyades, quoties naſcũtur & occidunt pluuias creãt.
✠Hyades, erant Atlantis. 7. filiæ à Ioue in ſtellas verſæ
✠Hyadum, nomina Ambroſia, Eudora, Paſithoẽ, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tythe ſunt.
Hyadeti, populi ſunt Galliæ Narbonenſis. Strab.
‡Hyæa, vrbs Laconũ Ozolorũ: gentile Hyæius. Steph.
Hyæla, opp. eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.
‡Hyale, nympha vna ex comitibus Dianæ. Ouid.
Hyalus, flumen ab Homero celebratum.
‡Hyamæa, vrbs Meſenes, vna ex quinq;. Steph.
‡Hyamion, vrbs Troiana: gentile Hyamius.
Hyampolis, ciuitas eſt Bœotiæ in Achaia. Ptol.
Hyampolis, eadem quæ Hya Phocenſium. opp.
Hyantes, populi qui poſtea dicti Bœotij.
Hyantius, a, um. ſiue Hyantheus, a, um. pro Bœotius
‡Hyapea, vrbs Phocidis ab Hyapo: ciuis Hyapeus.
Hyarotis, flu. Indiæ qui miſcetur Aceſine flu. Strab.
✠Hyas, filius Atlantis & Aethræ, puer formoſiſsimus. Ouid. lib. 3. Faſt.
Hybla, oppidum eſt Siciliæ medit. Pto. Vulgo *Mirili.* vnde
Hyblæus, a, um. ſiue Hyblæenſis, e. res illius oppidi.
✠Hybla, mons oppido proximus thymo abundãs Megara quoq; dictus, vnde Hybleus, a, um.
Hybrianes, populi ſunt Ponti Euxini accolæ. Strab.
Hydara, ciuitas eſt in confinibus Armenię. Str. li. 12.
✠Hydarnes, nobilis Perſa qui cũ Dario in Magũ coniurauit. Herod. lib. 3.
Hydaſpes, flu. eſt Medorum in Indum defluens.
Hydata, ciuitas eſt in Dacia. Ptol.
Hydaticus oceanus, in Aethiopia interiori.
Hyde, es, quæ poſtea Sardis cognominata. Plin.
Hyde, es. eſt opp. Bœotiæ. Strab. lib. 9.
Hydiſſa, ſiue Hydiſſos, opp. eſt cõuentus Alabandici. Plin. lib. 5.
Hydiſſenſes, populi ſunt ab Hydiſſa cognominati.
✠Hydra, ſerpens fuit multorum capitum, in Lerna palude, cui aliquot exciſis totidem renaſcebantur.
Hydras, inſula eſt adiacens Africæ propriæ. Ptol.
Hydrax, opp. eſt mediterraneum Cyrenaicæ. Ptol.
Hydra, ciuitas eſt Aeolidis in Aſia propria. Ptol.
Hydraces, populi ſunt Perſarum. Strab. li. 15.
‡Hydramia, vrbs Cręte, ciuis Hydramięis. Steph.
‡Hydrea, inſula iuxta Troëzenem: gẽtile Hydreates. Steph.
Hydrilicæ, pop. ſunt conuẽtus Cybiratici. Pli. lib. 5.
Hydria, inſula in Adria. Pomp. lib. 2. cap. 7.
Hydrias, regio vnde Marſyas defluit. Herod. lib. 5.
✠Hydrochous, ſignum cœleſte. 1. Aquarius
Hydrus, untis. ſiue Hydruntum opp. Calabriæ. Vulgo, *Otranto.*
Hydruſſa, inſula quæ poſtea Andros dicta. Plin. li. 4. Vulgo *Andro.*
Hydruſſa item, cognominata Tenos ob aquarũ abundantiam. Vulgo *Tine.*
Hydruſſa, ciuitas eſt in Attica regione. Strab.
Hyela, ciuitas eſt Italię à Phocenſibus condita. Str.
✠Hyerus, pauper quidam fuit qui à Ioue, Neptuno, & Mercurio hoſpitio ſuſceptis, Oriona filium ſuſcepit. Ouid.
‡Hyettus, vicus Bœotiæ, à Hyetto quodã Argiuo. Ste.
Hygris, ciuitas eſt Sarmatiæ Europæ. Ptol.
✠Hylactor, canis nomen. Ouid. lib. 3. Metamorph.
Hylca, terra eſt Scythiæ. Herod. li. 4.
Hylæi populi Scythiæ per quos labitur Hypanis flu.
Hyleum mare, quo Hylæa regio alluitur. Hero. li. 4.
Hylæus, vicus eſt in Attica regione, de quo Papinius
✠Hylæus, vnus è Cẽtauris à Pirithoo inuitatus ad nuptias. Virg. lib. 8.
✠Hylæus, nomẽ canis Actæonis. Ou. Hylæusq; ferox
‡Hylami, vrbs Lyciæ: gentile Hylamites. Steph.
Hylas, lacus & flu. Bithyniæ. Solin. cap. 34.
✠Hylas, puer vnicè ab Hercule delectus. Valer. Flac.
Hyle, opp. Bœotiæ celebre apud Homerum.
‡Hyle, vrbs eſt Cypri, vbi Apollo Hyletes colitur. Stephan.
‡Hyleeſſa, dicta Paros vna Cycladũ, Steph. Vul. *Paria.*
Hylis, peninſula Dalmatiæ ſiue Liburniæ. Plin.

‡Hylluala,

‡Hilluala, vicus Cariæ, vbi Hyllus interijt. Steph.
Hillus, qui & Phrygius, flu. eſt Phrygiæ. Stra. lib. 13.
✠Hylus, filij Herculis ex Melita Aegæi fluminis filia.
Hylonome, fœmina Cẽtaura & biformis. Oui. li. 12
Hymani, populi ſunt in Illyrica regione. Pli. lib. 3.
✠Hymella, flu. apud Vergilium lib. 7. Aeneid.
✠Hymeneus, antiquis Deus nuptiarum putatus eſt.
Hymera, opp. & flumen eſt Siciliæ. Pomp. lib. 2.
Hymereus, a, um. res ad Hymeram pertinens.
Hymettus, mons eſt Atticæ regionis prope Athenas
Hymettius, a, um. res ad Hymettum pertinẽs. Hora.
Hynidos, opp. eſt conuentus Alabandici. Plin li. 5.
‡Hyope, vrbs Matienorum: gentile Hyopeus. Step.
Hypaciris, fl. quod p Nomadas Scythas labitur. Po.
Hypea, ſiue Hype inſula vna è Stœchadibus. Plin.
Hypæpa, ciuitas eſt Lydiæ ſeu Mæoniæ. Ptol.
Hypæpanus, a, um. res ad Hypæpas pertinens.
‡Hypana, vrbs Triphyliæ: gentile Hypanæus. Steph.
Hypania, ciuitas eſt Elidis in Peloponneſo. Ptol.
Hypanis, flu. Sarmatiæ per Hyleos fluens. Herod.
Hypanis, flu. quoq; Indorum eſt. Solin. cap. 65.
Hypanos, inſula eſt vna è Cycladibus in Aegæo.
✠Hyparchus, philoſophus qui de ſyderibus & temporibus anni ſcripſit. Interp primas.
Hypartus, opp. eſt Bœotiæ. Strab.
Hypaſij, populi Orientalis. Strab li. 15.
Hypata, ciuitas eſt Theſſaliæ in Macedonia. Ptol.
✠Hypatia, mulier Alexandrina Theonis geometræ filia, & vxor Iſidori philoſophi. Suid.
✠Hypatos, Phœniciæ amnis eſt. Plin. & Pompon.
Hypeleus, ciuitas eſt minoris Aſiæ. Strab.
✠Hypenor, princeps Troianus quẽ Diomedes occidit
✠Hypenus, athleta, qui primus diaulo vicit. Pauſan.
Hyperborei, monies ſeptẽtrionales Sarmatiæ. Pto.
✠Hyperborei, ſic dicti quod ſupra. i. vltra eos flat Bo
Hyperborei itẽ, illorũ montiũ accolæ. (reas
✠Hyperdexiõ, regio Lesbieſt, vbi Iupiter Hyperdexius, & Minerua Hyperdexia coluntur. Steph.
Hyperea, fons eſt celeberrim⁹ in Theſſalia. Str. li. 9.
✠Hyperechius, Alexãdrinus grammaticus ſub Martiano principe. Suid.
Hypereſia, quæ & Aegira, opp. eſt Achaiæ. Hom.
Hyperia, inſula eſt vna è Cycladibus. Plin.
✠Hyperides Athenienſis, æmulus Demoſthenis. Plu.
✠Hyperiõ, alijs Solis pater, alijs Sol ipſe, quod eat ſuper terras. Ouid. lib. 1. Faſt.
✠Hyperionius, a, ũ. vt currus Hyperioni⁹. Val. in Ar.
Hypermeſtra, filia Danai, quæ ſola Lynceo viro pepercit. Ouid. in epiſt.
Hypernothij, populi vltra Nothum ventum ſiti.
Hyphali, ſtationes ſunt in Cyrenaica regione. Pto.
Hyphormus, portus eſt in Achaia. Pto.
‡Hypius, vrbs eſt & fluu. ſub Potica Heraclea. Ste.
Hyphormus, portus eſt quoque Italiæ. Strab.
✠Hypobarus, indiæ flu. iuxta quem arbores electrum producunt.

‡Hypochalcis, vrbs Aetoliæ in Europa. Steph.
Hypoleo, promont. eſt Scythiæ. Herod. lib. 4.
Hypſa, flu. eſt Siciliæ inſulæ. Ptol.
Hypſaltæ, populi ſunt Thraciæ alij à Biſaltis. Plin.
‡Hypſelis, vicus Aegypti: ciues Hypſelitæ. Steph.
✠Hypſenor, filij⁹ magnanimi Dolopionis. Hom. 5. Ili.
✠Hypſicratea, vxor fuit Mithridatis regis Põti. Plut.
Hypſile, ciuitas eſt metropolis in Aegypto. Ptol.
Hypſiliotes nomos, præfectura eſt in eadem. Ptol.
✠Hypſiphyle, filia fuit Thoantis regis Lemni.
Hypſiſtæ, Thebarum Bœotiarum portæ. Sta.
Hypſiranæ aquæ, ſunt in Sardinia inſula. Ptol.
Hypſixorus mons eſt Macedoniæ. Plin. li. 4. ca. 10.
‡Hypſus, Licaonis filius, condidit Thyræum Arcadię vrbem. Steph.
‡Hypſus, Arcadiæ vrbs. Steph.
Hyrcania, regio eſt ſeptentrionalis Aſiæ, vnde
Hyrcani, populi illius regionis cognominati.
Hyrcanum quoq; mare, quod Caſpium, quod Ptolemæus lacum facit. Vulgo *Mar de Bacan.*
Hyrcanus quoque mons, portio montis Tauri.
Hyrcãnium, Iudææ oppidum ab Hyrcano principe dictum.
Hyrgis, flu. eſt in Tanaim defluens. Herod. lib. 4.
‡Hyrias, regio prope Aulidem. Steph.
Hyria, inſula eſt in Ionio ſinu. Stra. & Pomp.
Hyria, ciuitas eſt Iſeuriæ iuxta Seleuciam, vnde
Hyrienſes, populi ab Hyria Iſauriæ dicti. Plin.
Hyria, vrbs Apuliæ, iuxta ſinum Adriaticum. Ptol. Vulgo *Orea en tierra de Otranto.*
Hyriæ, es. opp. eſt Bœotiæ celebratum. Plin.
Hyrie, appellata eſt quæ poſtea Zacynthus inſula, Vulgo *Zante.*
Hyries, lacus ab Hyria cognominatus.
Hyrini, Hirpinorum ſunt populi in Italia. Plin.
Hyrmina, locus eſt in Achaia. Strab. lib. 8.
‡Hyrnithium, parua regio in Epidauro. Steph.
Hyrpi, populi ſunt Italiæ iuxta Soractem. Solin.
Hyrri, populi ſunt ſeptentrionales. Plin. lib. 4.
✠Hyrtacus, vir fuit Troianus ex Ida monte. Ver.
Hyſias, vrbs eſt & flu. Bœotię. Strab. lib. 9.
‡Hythmitæ, populi iuxta Liburnos, & Syopios. Ste.

DE INCIPIENTIBVS A Litera I.

✠IA, fuit nomen minoris filiæ Atlantis. Hom.
Iambis, ſiue Iãbiſus, opp. Phœnices quod Ieba.
Iabri, populi ſunt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Iabruda, ciuitas eſt Syriæ in Laodicena regione.
Iacca, ciuitas eſt Vaſconum in Hiſpania. Ptol.
Iaccetani, pop. ſunt Vaſconum in Hiſpania. Pto.
✠Iacchus, nomen eſt Bacchi ab ἰαχῶ. i. clamo.
✠Iacob, viri proprium, Latinè Atleta Interp.
Iader, ſiue Iadera, oppidum Dalmatiæ ſiue Illyrici. Vulgo *Zara.*
✠Iader, fluu. Dalmatiæ in Adriaticum mare profluẽs iuxta opp. Iadera. Lucan. lib. 4.

H Iadi,

Iadi, vicus est in Arabia fœlici. Ptol.
Iadoni, populi sunt Galliciæ conuentus Lucensis.
Iadua, flu. est Germaniæ magnæ.
Iętia, ciuitas est Siciliæ insulæ. Steph.
Iagath, opp. est Mauritaniæ Tingitanicæ. Ptol.
Ialysos, ciuitas est Rhodi insulæ. Pomp. lib. 2.
Ialysus, a, um. res ad ciuitatem illam pertinens.
Iamba, ciuitas est Babyloniæ regionis. Ptol.
Iambia, vicus est Arabiæ fœlicis. Ptol.
✠Iamblichus, Pythagoricus Philosophus è Chalcide Syriæ, Porphyrij discipulus, Cõstantini tempore.
‡Iambrasus, Samus à fluuio sic dicta. Steph.
Iamæ, populi sunt Scythię Asiaticæ. Steph.
Iamissa, æstuarium Britannici maris. Ptol. quod Cæsari Tamesis fluuius dicitur.
Iamnea, ciuitas est Palæstinæ, & vicus non longè
Iamnelorum portus est in Palęstina. Ptol.
Iamman, ciuitatula est Phœnices. Steph.
Iamno, ciuitas est minoris Belcaris insulæ. Ptol.
✠Iana prius, & deinde Diana. d. literæ appositione dicta, vt ait Nigidius. (stulit.
Ianæi, coloni, quos Ianus pater in Hyrcania tran-
✠Ianassa, nympha dicta est à suauiter regendo.
Ianasum, opp. est Galliciæ in Hispania. Pomp.
Iangacaucani, pop. sunt Mauritaniæ Tingitanę.
Ianicula, cognominata fuit Italia à Iano deo.
Ianiculum, colonia quam Ianus posuit ad ripas Tyberinas.
Ianiculum, mons Romæ, vbi quondam Antiopolis siue Aeneipolis. Plin. lib. 3. cap. 5.
‡Ianiculum, opp. non procul à Roma.
Ianiculum colonia, à Iano in Mesopotamiam sub Babylonia traducta.
✠Ianira, nympha Oceani & Tethyos filia. Hesiod.
✠Iantha nympha Oceani & Tethyos filia. Hesiod.
✠Ianualis, porta Romæ à Iano dicta quæ semper clausa permanebat, nisi cùm bellum foret. (dictus.
✠Ianus, antiquissimus Ital. rex bifrõs à gemina fróte
✠Ianum, Romani omnibus Ianuis præfuisse ferunt ob idq; clauigerum putarunt.
✠Ianus, geminus & Iunonius appellatus, quia Calendarum quæ Iunoni dicatæ sunt, princeps.
✠Ianus, locus erat Romæ Vbi fœneratores cõsistebãt in regione Basilicæ. Ouid.
✠Iani, quoq; peruiæ transitiones, foresque in liminibus profanarum ædium, Ianuæ nominabãtur. Ci.
✠Iani templum, Romæ belli tępore aperiebatur pacis claudebatur. Seruio.
‡Iani templum, Romæ fuit ad infimum Argiletum.
✠Ianalis, penult. prod. adiectiuum, vt Virga Ianalis.
Ianxuatis, ciuitas est Libyæ. Steph.
Iaolchos, ciuitas Magnesiæ quæ etiam Iolchos.
Iaones, pop. commilitones Leonidæ. Strab.
✠Iapetus, Cœli & Terrę filius Promethei pater.
Iapidia, regio est finitima Venetiæ regioni. Vulgo *Carsoda*.
Iapides, pop. sunt Venetiæ regionis Strab. lib. 7.
✠Iapis, idis. vir Aetolus qui in regione Venetię, opp. de nomine suo condidit.
Iapygia, regio est Apuliæ in finibus Italiæ. Plin. *Tierra de Otranto*.
Iapiges, pop. sunt Iapygiæ regionis.
Iapigiũ, promont. Apulię, quod & Salétinũ dicitur. Vulgo *Cabo de S. Maria en Tierra de Otranto*.
✠Iapix, Dædali filius à quo Iapyges populi. Solin.
‡Iapix, ventus est ex Italiæ ora proficiscens, qui & Caurus.
✠Iarcas siue Iarchas, Indorũ philosophorũ princeps
Iarcieus, mons est Mediæ. Diodor. lib. 3.
Iardanus, flu. est Peloponnesi. Hom. & Strab.
Iarnos, locus non longè à Chersonneso Thraciæ.
Iarsath, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Iarzeta, ciuitas est Libyæ interioris. Ptol.
Ias, ciuitas Atticæ quæ postea dicta est Ionia. Strab.
✠Iasa, ciuitas quæ imminet rubro mari, vbi est terminus Moabitarum prouinciæ.
✠Iasis, idis. dicta est Atalanta ab Iasio patre. Verg.
✠Iasius, Iouis & Electræ filius, Dardani frater. Verg.
✠Iason, filius Aesonis, fratris Peliæ Thessaliæ regis.
✠Iasonis, res gestas referũt. Val. Flacc. Iustinus, Diodorus Siculus.
Iasonium, promontorium est Ponti Pelomoniaci in Cappadocia. Hodie S. *Thomas*.
Iasonius, mons est Mediæ. Ptol.
Iaspis, opp. est Hispaniæ citerioris, vñ Iaspẽses. Pto.
Iasum, opp. Peloponnesi, vnde Iasides populi.
Iasij, pop. sunt Pannoniæ superioris. Ptol.
Iassus, opp. est Cariæ in Asia minori. Ptol. vnde
Iasius, sinus, à Iasso oppido eodem dictus. Plin.
‡Iassus, insula Carię, cum oppido eiusdem nominis. Steph.
Iassus, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Iassus, ciuitas est Babyloniæ. Solin. cap. 22.
Iathrippa, ciuitas est Arabiæ prope Aegram. Steph.
Iatinum, ciuitas est Meldarum Galliæ Lugdunensis. Vulgo *Meaulx*.
Iaxamatæ, populi sunt Sarmatiæ Asiaticę. Ptol.
Iaxartes, flu. est per deserta Scythiæ fluens.
Iaxtes, fluuius est Bactrianorum in Asia, idem cum superiori.
Iazabatæ, populi ad Paludem Mœotida. Steph.
Iaziges Metanaste, po. sunt septẽtrionales Europę. Vulgo *Septem castra*, vel *transyluanea*.

I ANTE B.

Iberia, regio est Asiæ, finitima Colchis & Albanis. Vulgo *Georgia*.
✠Iberia, secũdum aliquos ab Iberis, hoc est, Hispanis primo culta & inhabitata.
Iberes, populi sunt eius regionis incolæ.
Iberia, à Græcis cognominatur quę à nobis Hispania.
✠Iberia, pars est Hispaniæ quæ infra Iberum flu. cõtinetur. *El reyno de Aragon*.

Iberi, populi sunt Iberię, hoc est, Hispaniæ.
Ibericum mare, quod alluit Hispaniam à meridie.
Iberiacus, & Iberus, a, ũ. siue Ibericus res ad Iberiã pertinens, vt Terræ Iberiacæ. Silio. lib. 13.
Iberus, fluu. Hispaniæ citerioris, à quo Iberia dicta Hispania. Vulgo *Ebro*.
Ibettes, flu. est Sami insulæ Ionię. Plin. lib. 5.
Ibettha, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
✠Ibycus, Rheginus poëta de quo Erasmus in proue.
‡Ibylla, vrbs Tarthesiæ ciues Ibillini. Steph.

I ANTE C.

✠Icadius, prædo fuit, cuius fatum describit Cicer. in libro de Fato.
Icaria, insul. est inter Samõ & Naxõ in mari Icario. Vulgo *Nicaria*.
Icarium mare ab Icaro Dædali filio dictum.
✠Icarion, fuit nomen sæuissimi piratæ. (Ouid.
✠Icaris, idos. & Icariotis, idos, dicta est Penelope.
✠Icarius, Athenięn. Oebali Laconum regis filius, & Penelopes pater, in Booté astrum cœleste versus.
Icarius, mons est Atticæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 7.
Icaros, insula est vna è Sporadibus. Plin. Strab. Sol.
✠Icarus, Dædali filius, in mare decidens Icario mari nomẽ dedit Oui. Icarus, Icarijs nomina fecit aqs.
Icesitani, pop. sunt Lusitaniæ in Hispania.
‡Ichana, opp. Siciliæ, gentile Ichanius. Steph.
Ichanenses, populi sunt Siciliæ stipendiarij.
Ichara, insula est adiacẽs Arabiæ in sinu Persico. Pt.
Ichnæ, opp. est in ora Macedoniæ. Plin. lib. 4.
Ichnusa, insula est quæ postea dicta Sardinia. Vulgo *Cerdeña*. (ria.
Ichthicusa, insula est q̃ postea dicta Icaros, nũc *Nica-*
Ichthyophagi, id est, piscibus viuentes, populi sunt Indorum. Strab. lib. 15.
Ichthyophagi, populi sunt Aethiopiæ interioris. Pt.
Ichthyophagi, populi sunt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Ichthys, promont. est Elidis in Achaia. Thucyd.
Icium nauale, promont. Belgicæ, vnde Cæsar in Britanniam traiecit. Vulgo *Cales*.
Icoana, ciuitas est Carię in Asia. Pt. melius Bitoana
Icocium, opp. est Bæticæ conuentus Gaditani. Pli.
Iconij, populi sunt prouinciæ Narbonẽsis. Str. li. 4.
Iconium, op. est Ciliciæ in aqua Cic. se habitasse ait Vulgo *Cogni*.
‡Icos, insula vna Cycladum Eubœæ proxima. Steph.
Icositana, regio est contributa Ilicis. Pli. lib. 3.
Icosium, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Solin.
Icosion, onis. opp. idem quod Icosiũ. Pli. lib. 5. ca. 2.
Icositanus episcopus, legatus prouincię Mauritanię Cæsariensis ex Concilio Carthag.
Ictimulorum, vicus est iuxta Vercellas.
✠Ictus, Tarentinus palæstrita nobilis, omni vita Veneris expers, vt arti acommodatior esset. Aelian.
Icus, insula est contra Magnesios. Strab. lib. 9.

I ANTE D. (ta.

Ida, sylua Troiana, iudicio Parid. de pomo aureo no
Ida altera sylua Cretæ vbi nutritus fuit Iupiter.
Ida, mons est Aeolidis. Pli. lib. 5. cap. 30.
✠Ida, appellata fuit Dardani Scytharum regis filia.
✠Ida, viri Troianorum preconis proprium. Hom.
Idæa, prius vocata est quę postea Creta Diod. Vulgo *Candia*.
Idea, ciuitas Lycaoniæ in confinibus Galatiæ.
Idei Dactyli, populi fuerunt Cretæ insulæ. Pli.
Idæus, a, um. res ad Idam pertinens, vt Idæũ nemus.
✠Idæus, Rhodius versificator scripsit Rhodiorum res gestas.
✠Indicus, a, um. possessiuum ab Idamonte. Pli. li. 16.
✠Idale, opp. est in Troade. Plin. & Lucan. lib. 3.
Idalium, Cypri insulæ opp. Veneri sacrum.
✠Idalus, mõs est Cypri, ad cuius radices situm Idaliũ.
✠Idalius, a, um. adiect. vt Venus Idalia. Verg.
✠Indãthyrsus, rex Scytharũ qui bello res magnas gessit.
Idara, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol. (sit.
Idara, ciuitas est Syriæ curuæ. Ptol.
✠Idas, Apharci filius, virorũ sui sæculi formosissimus
Idaspes, flu. qui supra Hydaspes.
Ideonni, populi sunt Alpium incolæ. Stra. lib. 4.
Idetania, siue Edetania regio Hispaniæ citerioris.
‡Idetes, populi Iberici. Steph.
Idicara, ciuitas est Arabiæ desertæ. Pto melius Adi-
Idacara, ciuitas est Babyloniæ. Ptol. (cara.
Idij, montes sunt in Sarmatia Europæ.
Idmon, vates inter Argonautes, Apollinis filius.
Idomena, ciuitas est Emathiæ in Macedonia. Ptol.
Idomenenses, populi superioris Idomenæ.
✠Idomenæus, rex Cretæ Deucalionis filius & Minois nepos. Hom.
Idonis, regio est Macedoniæ. Ptol.
✠Idotæa, Prœti Argiuorum regis filia. Hom. in Odys.
‡Idrias, vrbs Cariæ quæ prius Crysaoris. Steph.
‡Idriæus Car, filium habuit Euromum, à quo nomen vrbi Caria. Steph.
Idubeda, mons est Hispaniæ citerioris qui Ausensis.
Idubeda, fluuius est Hispaniæ. Plin. lib. 3. cap. 3.
Idumæa, regio est Palestinæ ab occasu Iordanis.
Idumæus, a, um. ad Idumęam regionem pertinens.
Idumanius, flu. est Britannię insulæ. Ptol.
Idunum, opp. est Norici regionis. Ptol.
✠Idya, dicta est mater Medeę. Ci. quã. Oui. Ipsẽ vo-
Idymus, opp. est Carię regionis. Ptol. (cat.
‡Idyrus, vrbs & fluuius Pamphiliç. Steph.

I ANTE E.

Iebba, opp. est Phœnices iuxta Carmelum montem.
‡Iebus, ciuitas est metropolis, quæ postea Salé, tertio Hierosolima: vnde Iebusæi.
Iellia, ciuitas est Galliæ Cisalpinæ. Strab. lib. 5.
Icha, æstuarium est Britanniæ insulæ. Ptol.
Ienysus, vrbs Syriæ ditionis Arabum. Herod. lib. 3.
✠Ieptanacra, promont. est Indiæ. Solin.
✠Iera, nympha sic ab impetu dicta.
Ierasus, fluuius est Daciæ. Ptol.

Ierna, siue Iuuernia, insula Oceani quæ Hybernia. Vulgo *Irlanda.*
✠Ierna, flu. est Hispaniæ. Pomp. lib. 3.
Iernus, flu. est Iernæ insulæ. Ptol.
Iernis, ciuitas est in Hybernia. Ptol.
‡Ierusalem, vrbs est Iudææ celeberrima.
✠Ies, ietis, ciuitas est Achaiæ. Tortellio.
Iespus, opp. est Iaccetanorum in Hispania. Ptol.
✠Iesus, nomen est redemptoris ac saluatoris nostri.
✠Iesus apud Hebræos disyllabũ, apud græcos trisyl-
I ANTE G. (labũ.
Igilgile, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Igilium, siue Iginiũ insula est in mari Thusco. Põ.
Iginates, æ. flu. Aquitaniæ occidentalis.
Igilliones, populi sunt Sarmatiæ Europæ.
Egletæ, populi sunt Hispaniæ. Strab. lib. 3.
‡Ignetes, populi Rhodi. Steph.
I ANTE L.
Ilarcuris, opp. est in Hispania. Ptol.
Ilas, flu. est Britanniæ insulæ. Ptol.
Ilegium, opp. est Pelasgiotarum Macedoniæ. Pto.
Ilerda, ciuitas est Hispaniæ citerioris. Vulgo. *Lerida.*
Ilerdenses, popu. Hispaniæ cõuentus Cęsarausta-ni.
Ilercaones, populi sunt Hispaniæ citerioris. Ptol.
Illercaones, dicuntur. Ptol. qui Ilargaones. Plin.
Ilergetes, populi sunt Hispaniæ citerioris. Pt. *Los de*
Ilesion, opp. Bæotiæ celebre. Hom. (*Vrgel.*
Iletta, ciuitas est Thessaliæ. Pli. li. 4. cap. 8.
✠Ilia, quæ & Rhea Romuli & Remi matera Martecõ pressa. Verg. Serui.
Iliacus, a, um. qui in Ilio natus est.
✠Ilienses, qui alibi ortus in Ilio negotiatur.
Iliadæ, dicuntur Troiani viri vel fœminæ.
✠Ilias, adis. opus Homeri clarissimum.
Ilice, ciuitas Hispaniæ citerioris. Vul. *Alicante,* à qua
Ilicitanus sinus, ab Ilice cognominatus. Vulgo *Golfo de Alicante.*
Ilicitanus portus, ab eadem ciuitate dictus.
Ilienses, populi Sardiniæ ab Ilio oriundi. Pomp.
✠Ilione, filiarum Priami natu maxima. Verg.
Ilionenses, populi Italiæ. Pli. lib. 3. cap. 5.
✠Ilioneus, Phorbãtis filius, eloquẽtia excellẽs. Hom.
Ilipa, cognomine Italica, opp. est Bæticæ. Pli.
Ilipulæ, duę sunt in Bætica prouincia. Ptol.
Ilipula, quoque mons ab eodẽ Ptolemæo ponitur. Vulgo *Sierra Nieuada.*
Ilipenses, siue Ilipulenses inde dicti. (lẽsis.
Ilipensis episcopus, ex concilio Hispalẽ. forte Ilipu
Ilissus, flu. est Atticæ Musis sacer.
Ilissus, fluuius est imbri insulæ. Plin. lib. 4. cap. 12.
Ilissus, flu. est Bæotiæ. Herod. lib. 7.
Ilithya. i. Lucina ciuitas est Aegypti. (Ouid.
✠Ilithyia, dicta Diana, q̃ parientibus assistere putabat
Ilium, ciuitas Phrygiæ, siue Troadis quæ & Ilion & Ilios, ab Ilo rege ampliata.
Illetia, insula est contra Ephesum. Pli. lib. 5.
Illiberis, opp. clarissimum Hispaniæ citerioris, forte Granata.
Illiberis, opp. & flumen prouinciæ Narbonẽsis. Pli. lib. 3. cap. 4. Forte *Salsas.*
Illiberitanus, a, um. ad Illiberos pertinens.
Illuro, opp. parum Hispaniæ citerioris. Pomp.
Illyris, idis. Liburniæ seu Dalmatiæ portio est, nunc *Esclauonia.*
Illyrij, populi fuerunt Liburniæ regionis. Pli.
✠Illyricus, a, um. vt Nigrior Illyrica pice. Ouid.
Illyricum mare, quod adiacet regioni Illyridi.
Illtricianus, a, um. in Codice Iustinianeo legimus.
Illyris, insula est in mari Lycio è regione Lyciæ. Pli.
✠Ilorci, opp. in Europa situm. Pli.
Ilorcitani, siue Lorcitani, populi citerioris. Hispan.
Ilua, siue Ilba, insula est in mari Thusco. Pl. Vul. *El-*
Ilucia, opp. est Hispaniæ in Oretanis. (*ba.*
Ilunum, opp. est in Hispania. Ptol.
Iluratum, opp. in Taurica Chersonneso. Ptol.
Ilurbida, ciuitas est Carpetanorum in Hispania. Pt.
✠Ilurcis, Iberiæ vrbs à Sempronio Graccho postea dicta Grachuris.
Ilurco, op. est Bæticæ. Pli. lib. 3. cap. 1.
✠Ilus, Trois Troianorum regis filius, qui Iliũ amplia uit: nam à Dardano fundata est. Verg.
I ANTE M.
Imaus, mons Indiæ. Taurus ab initio cognominatus
Imbarus, mons est Ciliciæ. Pli. lib. 5. cap. 27.
✠Imbræus, vnus ex Centauris.
Imbræsus, flu. Sami insulę. Pli. lib. 5.
Imbrinium, siue Simprinium, locus iuxta Anienem.
Imbrini colles & imbrinina stagna ab imbrinio.
Imbros, insula est contra montem Atho. Pli. lib. 4. Vulgo *Lembro.*
Imeni, & Imensani, populi sunt Britanniæ.
✠Imola, vrbs in Aemylia, quæ olim Forum Cornelij.
‡Imphes, populi vicini Perrhæbis. Steph.
‡Imyra, vrbs Phœniciæ.
I ANTE N.
Ina, ciuitas est Syriæ curuæ. Ptol.
Ina, quoq; ciuitas est in Sicilia insula. Ptol.
✠Inachia, regio quæ Io vocabatur.
✠Inachis, ipsa Io Inachi filia, patronym. fœmin.
✠Inachia, vocatur tota Peloponnesus. Steph.
✠Inachia, puellæ nomen adamatæ ab Horatio.
Inachus, flu. Argiuorum & Iupiter eius filius.
✠Inachus, Inus, vel Ius, pater fuit, primus Argiuorũ rex, à quo Inachius, a, um. (ta iuuentæ.
✠Inachius, a, um. Verg. Inachiæ Iuno pestem medita-
✠Inalpini, dicuntur qui Alpiũ initia & fauces incolũt
Inarime, insula est in mari Tusco. Pli. Vulgo *Ischia.*
✠Inarime, à statione nauium Aenææ Aenaria dicta est
‡Inatus, vrbs Cretæ. Steph.
‡Incubi, dicti sunt syluani, ac Fanni.
‡Indara, Sicanorum ciuitas. Steph.
India regio Orientalis quæ in duas diuiditur.

India,

India, citra Gangen & India vltra Gangen.
✠Indiam, aliqui ob insignem vastitatem tertiam orbis partem esse tradiderunt.
Indi, populi sunt incolæ vtriusq; Indiæ regionum.
✠Indicus, a, um. & Indus, a, um. adiectiua ab India.
‡Indica, vrbs Iberiæ prope Pyrenæum. Steph.
Indigetes, siue Indigeti, pop. Hispaniæ citerioris.
Indus, flu. est Indorum à quo India appellata.
Indus, flu. alter cognominis in Caria.
Industria, opp. est Galliæ Togatæ. Plin. lib. 3. cap. 5.
Ineus, flu. est Illyridis siue Liburniæ. Ptol.
Inferum mare, dicitur Tyrrhenum, sicut Superum Adriaticum.
Ingauni Ligures, populi sunt Galliæ Cisalpinæ.
Ingena, ciuitas est Galliæ Lugdunensis. Ptol.
Ingeuones, pop. sunt septentrionales Europæ. Plin.
Inginini, populi sunt Vmbrię in Italia. Plin. lib. 3.
Ingriones, siue Ingeuones, populi sunt Germaniæ.
✠Ingulnium, vrbs Liguriæ vetustate nobilis. Vulgo. *Albenga.*
✠Ino fuit Cadmi & Hermiones filia, vxor Athamãtis Thebarum regis. Cic. lib. 2. de Nat. deorum.
Insani montes, memorantur in Sardinia. Floro.
Insibes, populi sunt Africæ.
Insubres Galli, populi Galliæ Cisalpinæ quorũ metropolis Mediolanum. *Los del ducado de Milan.*
✠Insubria, regio cuius populi Insubres dicuntur. *El ducado de Milan.*
Insula boni dæmonis, est in mari Indico. Steph.
Insulæ deorum, Hispaniæ adiacentes. Ptol.
Insulæ beatorũ. i. μακάρων νῆσοι, ad promont. Tauri montis exhibitæ. Pomp. lib. 2. cap. 7.
‡Insula Veneris, adiacens Cyrenaicæ regioni. Vulgo *isla del Patriarca.*
Intemelium, opp. est Liguriæ. Plin. li. 3. cap. 5.
Interamnates, populi Italiæ ab Interamna oppido.
Interamna, opp. est Prægutiorum in Italia. Ptol. Vulgo *Terano en Abbruzzo.*
Interamnani, populi Vmbriæ qui interierunt. Pli.
Interamnates, cognomine Nartes, populi Italiæ.
Interamna, opp. dictũ quod inter amnes sit constitutum. Varr.
Interamnium Flauium, opp. est Hispaniæ. Ptol.
Interamnium, opp. alterum in Hispania. Ptol.
Interausenses, pop. sunt Lusitaniæ stipendarij. Plin.
Intercatia, ciuitas est Orniacorum in Hispania. Ptol.
Intercatia, alia ciuitas est Vacceorum Hispaniæ. Pto.
Interocrea ciuitas est Italiæ. Str. Vulgo *Interdoco, enel reyno de Napoles.*
Intuergi, populi sunt Germaniæ magnæ. Ptol.
Inutrium, oppidũ est Vindeliciæ. Ptolemæo. Vulgo *Mitten vualdt.*
‡Inyssus, vrbs Aegypti prope Casium montem. Ste.
I ANTE O.
✠Io, huius Ius, filia Inachi regis Argiuorũ à Ioue adamata, ac in vaccam conuersa, postea Isis dicta.
Iobacchi, populi sunt Aegypti. Ptol.
✠Iobacchus, Bacchi cognomen est, à voce & clamo deriuatum.
Iobula, ciuitas est Albaniæ. Ptol.
✠Iocasta, filia fuit Creontis, & vxor Laij Thebanorum regis, quæ occiso marito insciens nupsit filio.
✠Iochabella, nomen est matris Mosis. Iosepho.
Iol, Cæsarea ciuitas est Mauritaniæ Cæsariensis. Vulgo *Bugia.*
Iolæa, regio est in Sardinia. Diod. li. 5.
✠Iolaus, Epicli fuit filius, à quo Sardinij Iolenses.
Iolcos, opp. est Magnesiæ in Macedonia. Plin.
Iolciacus, a, um. ab Iolco Ouid. Portus Iolciacus.
✠Iole, Eurili regis Aetoliæ filia quam amauit Hercules.
Iolenses, populi sunt Sardiniæ insulæ. Strab. lib. 5.
Iolis, regio est Indorum. Pomp. lib. 3. cap. 7.
Iolisotæ, populi sunt Arabiæ fœlicis. Ptol.
✠Iolum, mons Perrhæbiæ incolæ Ioli Steph.
✠Ion, poëta Græcus, cuius meminit Plutarchus.
✠Ion, Xuti filius à quo Ionia dicta Athenienſium ciuitas, sicut à Cecrope, Cecropia.
Ion, opp. fuit in Attica regione. Plin lib. 4.
Ionaca, ciuitas est Persidis regionis. Ptol.
‡Ione, ciuitas Palestinæ, quæ alias Gaza. Steph.
Ionia, regio est minoris Asiæ inter Cariam & Aeoliã.
✠Ionia, ab Iono Athenienſium duce cognominata.
Ionia, quoq; dicitur pars Atticæ & Iones Attici.
Ionica regio, ab Ione Naulochi filia dicta est. Solin.
Iones, populi sunt Ioniæ Asiæ regionis. Herod. lib. 3.
Ioniacus, Ionicus, Ionius, a, um. adiect. ab Ionia.
‡Ionide, vicus Atticæ in tribu Aegeide. Steph.
Ionium mare, quod à Sicilia in orientem tendit.
Ionium mare, Græcis partim Siculum, partim Creticum appellatur.
Iontij, populi sunt Africæ propriæ. Ptol.
✠Iopas, rex Afrorum, vnus ex procis Didonis. Verg.
Ioppe, oppidũ est Palestinæ maritimum. Vulgo *Puerto Iaffa.*
Ioppica, toparchia est Iudææ Palestinæ. Plin. lib. 5.
Iordanis, flu. est Palæstinæ, eximiæ suauitatis. Plin.
Ioron, opp. & Iori populi Macedoniæ. Ptol.
Ios, insula vna è Cycladibus in qua sepultus Homerus Vulgo *Nio.*
Iotapa, ciuitas est Selentidis asperæ in Cilicia. Ptol.
✠Iotapata, vrbs in Syria à conditore sic vocata. Step.
✠Iouianus Pontanus, multa scripsit cùm prosa oratione tum carmine.
✠Iouianos, diuus Maximianus voluit vocari, qui se fortiter in Illyrico gessissent.
✠Iouis, genitiuus est à Iupiter, vnde Iouis gemma. Pli.
Iouis fanum, opp. est Lydiæ siue Mæonię in Asia.
Iouis, ciuitas grandis, quæ Græcè Διὸς πόλις, ciuitas est Aegypti. Ptol.
Iouis mons. i. Διὸς ὄρος, est in Africa. Ptol.
Iouis mons, est in Hispania Tarraconensi. Pomp. lib. 2. Forte *Mon Iuy.*

I ANTE P.

‡Ipana, vrbs circa Carthaginem. Steph.
Ipasturgi, quod Triumphale, opp. Bæticæ. Plin.
Iphates & Testorius, filij fuerũt Priami ex Periuia Idæa nympha, in bello Troiano occisi.
✣Iphianassa, Prœti Argiuorum regis filia Melampodis vxor, quæ de forma ausa est cũ Iunone contẽdere.
✣Iphiclus, Amphitrionis & Alcmenæ filius, vno partu cum Hercule editus. Seruio.
✣Iphicrates, vir Athenienſis rerum geſtarum magnitudine inſignis, & diſciplina militari nobilis.
✣Iphidamas, Antenoris filius, corpore lato ac procero ab Agamemuone interemptus. Hom.
✣Iphigenia, Agamemnonis & Clitemneſtræ filia.
✣Iphimedia, vxor fuit Aloëi, à Neptuno compreſſa.
‡Iphinous, vnus ex Centauris.
✣Iphis, puer liberali ſpecie q ſeipſum laqo ſuffocauit
✣Iphitus, vir fuit Troianus, quem armis maximum dixit Homerus. li. 8. Iliad.
✣Iphitus, filius Praxonidis, qui primus Olym. inſtituit
✣Iphitus, Euriti filius, qué Hercules è turri ꝓcipitauit.
Ipho noua, opp. eſt Bæticæ. Plin. lib. 3. cap. 1.
‡Ipnus, untis. vrbs Locrorum Ozolorum. Steph.
‡Ipnuſia, parua regio in Samo, vbi Iunonis Ipnũtidis templum erat. Steph.
Iporus, flu. eſt Siciliæ inſulæ. Ptol.

I ANTE R.

Iraſta, locus eſt in Africa. Herod. lib. 4.
Irath, opp. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis Ptol.
Irethria, opp. eſt Eubœæ. Hom. 2. Iliad.
Irta, in Britannia ponitur. Diod. lib. 100.
Iria, ciuitas eſt Taurinorum in Italia. Ptole. Vulgo *Voghera.*
Iria Flauia, ciuitas eſt Gallicię in Hiſpania. Pt. Vulg. *S. Maria Finiſterre.*
Irienſes, ab hoc oppido. Vnde Epiſcopi Irienſes.
Irine, es. inſula eſt in ſinu Argolico. Plin. lib. 4.
Irinopolis, ciuitas eſt Ciliciæ mediterranea. Ptol.
Iris, idis. fluuius eſt Cappadociæ. Ptol. & Strab.
✣Iris, Thaumantis fuit filia & Iunonis nuncia. Verg.
✣Irus, Ithacẽſis mẽdicus fuit vnus è procis Penelopes.

I ANTE S.

Is, vrbs eſt prope Babylonem apud quam Is fluuius. Herodot.
✣Iſaca, flu. eſt Britannię inſulę Ptol. Vulgo *Ex.*
✣Iſæus, Aſſyrius rhetor, cuius iuuẽtum eſſe fertur omnem materiam in breue conijcere.
Iſamnium, promont. eſt Hyberniæ inſulæ. Ptol.
✣Iſander, filius fuit Bellerophõtis & Ahimenes. Hor.
Iſapis, fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ in Italia. Vulgo *Albs, torrente en Marca de Ancona, cerca de Peſaro.*
Iſapis, non Sapis. Luc. Cruſtumiusq; rapax & iũſtus Iſapis Iſauro.
Iſara, flu. eſt prouinciæ Narbonenſis Floro.
Iſarges, flu. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Iſauchæ, populi ſunt Carmaniæ deſertæ. Ptol.
Iſaura, orum. opp. eſt Iſauriæ regionis Galatiæ Ptol.
Iſauria, ſiue Iſaurica, regio finitima Ciliciæ. Strab.
Iſauria, à qua Iſaurius cognominat⁹ eſt Seruilius. Flo.
Iſauri, populi ſunt Iſauriæ regionis.
✣Iſaura, prius dicebatur quæ poſtea Claudiopolis.
Iſburus, flu. eſt Siciliæ inſulæ. Pto.
Iſca, ciuitas Britanniæ inſulæ. Ptol.
Iſchalis, ciuitas eſt Britanniæ Ptol. Vulgo *Ilcheſtre.*
Iſcheri, ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol.
✣Iſchomache, dicta Hippodamia quę Pyrithoo nupſit.
Iſcopolis, ciuitas eſt Ponti Cappadocũ iuxta Sidonẽ.
Iſcia, inſula contra Veliam opp. Italiæ. Pli. lib. 3.
Iſcina, opp. eſt Africæ inter duas Syrtes. Ptol.
Iſidis ciuitas, in Aegypto vbi Iſis dea colitur. Plin.
Iſidis inſula, in ſinu Arabico Aethiopiæ. Ptol.
‡Iſidis mons, in vrbe Auguſtana. Vulgo *Iſenberg.*
✣Iſis, idis. Inachi filia prius Io dicta.
✣Iſiaci, dicti ſunt Iſidis ſacerdotes.
Iſius, mons eſt Aethiopiæ ſub Aegypto. Ptol.
‡Iſmaẽla, Arabiæ parua regio: Incolę Iſmaẽlitæ. Step.
Iſmaris, idis. lacus eſt Thraciæ. Herod. lib 7.
Iſmarus, mons eſt Thraciæ, vbi Iſmara Ciconum oppidum fuit. Iſmaris quoq; ſtagnum eſt.
✣Iſmarius, a, um. adiect. vt, Equi Iſmarij. Ouid.
✣Iſmene, Oedipi filia quæ cuidã Athy Cyrrheo iuueni deſponſata fuit. Stat.
✣Iſmenias, nomen Thebani optimi tibicinis. Apuleio
Iſmenus, flu. Bœotiæ vnde Iſmenius, a, um.
✣Iſocrates, nomen maximi oratoris Athenienſis.
✣Iſocrates, ſuperioris auditor ex Apollonia Põti. Sul.
✣Iſocrates, & Machaon, præfecti claſsis Corinthiorum contra Athenienſes, in Peloponneſiaco bello.
Iſon, opp. eſt Peloponneſi. Strab.
Iſondæ, populi ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ. Ptol.
Iſonoẽ, ciuitas eſt Aſſyriæ regionis. Ptol.
Iſpa, ciuitas eſt Armeniæ minoris. Ptol.
Iſpaluca, opp. eſt Hiſpaniæ citerioris.
Iſpellum, ciuitas eſt Vmbriæ in Italia. Strab. li. 5. Vulgo *Spello.*
Iſpinum, opp. eſt Carpetanorum in Hiſpania. Ptol.
✣Iſporis, vicus eſt Syrtis magnæ. Ptol. Hodie *Naym.*
✣Iſraël, nomen patriarchæ Iacob. Interpre. Vir videns Deum.
✣Iſraëlitæ, dicuntur qui è ſtirpe Iſraëlis ſunt.
Iſſa, inſula eſt in ſinu Illyrico, cum eiuſdem nominis oppido. Vulgo *Liſſa.*
✣Iſſeus, a, um. adiect. res ad Iſſam pertinens.
✣Iſſa, nomen eſt catellæ. Martial. epigramm. 138.
Iſſedones an Eſſedones populi Scythiæ Hero lib. 4.
‡Iſsiorium, vrbs Laconiæ: vnde Diana Iſsioria. Steph.
Iſſos, vrbs eſt Cilicię Alexandri contra Darium victoria nobilis, ideoq; Nicopolis dicta.
Iſsicus, ſinus, à loco Iſſo Ciciliæ cognominatus.
Iſsi, portus Ponti Cappadocũ iuxta Sidonem. Ptol.
Iſtas, flu. eſt Britanniæ.
Iſter, flu. eſt idem qui quoq; Danubius dicitur.

Iſteuones,

Iſteuones, populi ſunt Germaniæ. Pli. lib. 4. cap. 14.
Iſtiæotis tractus, ad Oſſam & Olympum iacet. Her.
Iſthumos, terra eſt anguſta inter duo maria.
Iſthmus, proprię Peloponeſi iuxta Corinthum. Vulgo *Eſtrecho de Morea.*
Iſthmus, curſus Achillis in Sarmatia Europæ.
✣Iſthmum fodere, eſt fruſtra aliquid moliri. Eraſ.
Iſthmiacus, a, um. & Iſthmicus, a, um. res ad Iſthmum pertinens.
Iſthmia, orum. ludi Palæmoni ſacri qui ad Iſthmum fiebant.
Iſtonium, opp. eſt Celtiberorum in Hiſpnia. Ptol.
‡Iſtone, mons Corcyre proximus: vnde Iſtoneus. Ste.
Iſtonium, opp. eſt Ferentanorũ in Italia. Vul. *Eſtomi.*
Iſtria, Italiæ regio finitima Liburniæ in Europa.
Iſtrici, populi ſunt regionis Iſtriæ.
Iſtriana, ciuitas eſt Themorum in Arabia fœlici. Pt.
Iſtrianus, flu. eſt Tauricæ Cherſonneſi Ptol.
Iſtropolis, ciuitas eſt Thraciæ ab Iſtro flu. dicta.
Iſtros, ciuitas eſt Myſiæ ſuperioris. Ptol.
‡Iſtrus, ciuitas eſt Cretæ: quæ & Iſtron. Steph.
Iſurum, opp. eſt Britanniæ. Ptol.
✣Iſus, & Antiphus, Priami fuere filij. Hom.
Iſuuium, opp eſt Vmbrorum in Italia. Ptol. Vulgo *Eugubio a. 20. millas de Citta Caſtello.*

I ANTE T.

Italia, regio Europæ omnium nobiliſsima.
Italia, in. 11 regiones diuiditur. Pli. lib. 3.
✣Italia, olim Heſperia, Auſonia & Oenotria dicta.
Italides, æ. patronymicum, vir ex Italia.
Italis, tdos. in forma patronymica fœmina ex Italia.
Italicus, a, um. pro eo quod eſt Italus, a, um.
Italus, a, um. ad Italiam pertinens.
‡Italica, vrbs Italiæ, quę alio nomine Corſinium. Str.
Italica, ciuitas Bæticæ, patria Traiani Cęſaris.
Italicenſis, e. nomen gentile ab hac Italica.
‡Italicus ager in Sicilia. Steph.
Itamos, portus & ciuitas Arabiæ fœlicis. Ptol.
Itanos, ſiue Itanum promont. eſt Cretæ inſulæ. Ptol. Vulgo *Paleocaſtro.*
Itargus, flu. eſt. Ouid. in conſolatione ad Licyam.
‡Itea, vicus in tribu Acamantide. Steph.
Itericon, inſula eſt. Strab. lib. 10.
Iteſui, populi Galliæ Lugdunenſis. Plin. lib. 4. ca 18.
Ithaca, inſula parua adiacẽs Epiro ſiue Aetoliæ. Vulgo *Compare.*
Ithacenſis, & Ithacus, cognominatus eſt Vlyſſes.
✣Ithaceſius, a, um. vt, Sedes Ithaceſia. Silio. lib 8.
Ithaceſiæ, inſulæ cõtra Vtbonem Brutiorum oppidũ.
Ithomæ, opp. Meſſeniæ in Peloponneſo. Ptol.
Ithomæ, alterũ in Theſſalia, vnde Ithomeus Iuppiter
✣Ithyphalli, curatores Bacchi q in Orcheſtra ſaltabãt.
✣Ithyra, vrbs in Tauro monte Parthiam verſus, à qua Ithryæus, a, ũ. pro eo quod eſt Parthicus, a, um. Ser.
Iturææus, ſine aſpiratione & u. in prima legit Merula.
Itiarx, quæ & Phyſcon, mons dicitur in Thuſcia.

Itium, promon. Gallię Belgicę, circa quod Caletum. Vulgo *Cales.*
Iton, onis. op. eorum qui fuerunt cũ Proteſilao. Str.
Itonas, populos Hercules profligauit. Diod.
Itonia, opp. eſt in ſinu Malliaco.
Itonia, Pallas cognominatur ab Itonia. Catul.
Ituci, quę virtus Iulia, opp. eſt Bæticæ Pli. lib. 3.
Ituna, æſtuarium eſt Britanniæ. Ptol.
Ituni, populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.
Ituræi, populi ſunt Syriæ cœles. i. curuæ. Plin. lib. 5.
‡Ituria, regio eſt, à qua Iturei populi. Strab. lib. 17.
Iturißa, ciuitas eſt Hiſpaniæ citerioris. Ptol.
Iturum, opp eſt Vmbriæ in Italia. Stra. lib. 5.
✣Itylus & Neis filij fuerũt Zethi ex Aedone coniuge.
✣Itymoneus, Hyperochi filius, vir in primis ſtrẽnuus.
Itys, flu. eſt Britannię. Ptol.
✣Itys, filius Terei regis Thracum conuerſus in auem Phaſianum.

I ANTE V.

Lygdanum, oppidum est Theuthraniæ. Pl. li. 5. c. 30.
Lyges, populi Asiatici, qui cum Xerxe contra Græcos pugnauerunt. Herod. lib. 7.

Lygos, ciuitas est quæ postea Byzantium dicta.
Lyimira, ciuitas & fluuius est Lyciæ. Pomp. li. 1.
Lynceſtæ, populi sunt Macedoniæ. Ptol.
Lynceſtes, regio est Macedoniæ. Ptol.
✣Lynceſtius, flu. & Lynceſtis aqua. Plin. & Ouid.
Lynceius, qui & Lynus Aegypti fuit filius, qui expulso Danao, regnauit apud Argos.
✣Lynceus, vnus Argonautarum acutiſsima oculorum acie præditus. 130. milia paſs. proſpexiſſe dicitur.
✣Lyncus, rex fuit Scythię, quem Ceres in Lyncem animal commutauit.
‡Lyncus, vrbs Epiri, à Lyceo nominata. Steph.
‡Lyndus, ciuitas Rhodi, in qua Herculis ſacra fiebãt Lact. Vulgo *Lindo*.
‡Lynx, vrbs Libyæ iuxta Gades, poſt Atlantem. Ste.
Lynxama, ciuitas est Libyæ interioris. Ptol.
Lynxamatæ, populi ſunt Libyæ interioris. Ptol.
Lynxo, ſiue Lynx, oppidum est Mauritaniæ.
✣Lyrceus, fons est ex quo Inachus fluuius oritur, inde aqua Lyrcea. Steph.
Lyrneſſus, oppidum fuit Aeolidis regionis in Pamphylia, ab Achille euerſum.
✣Lyrneſſis, idis. patronymicum fœm. gen. Ouid.
Lyrope, ciuitas est Pamphyliæ regionis. Ptol.
Lyſa, ciuitas est Arabiæ Petrææ. Ptol.
✣Lyſander, dux Lacedæmoniorum inuictiſsimus. Pl.
✣Lyſanias, vir in Arcadia, q̃ Lycaoné regno expulit.
Lyſanium, ciuitas est cauæ Syriæ. Ptol.
✣Lyſiades, Athenienſis Phædri philoſophi filius. Cic.
✣Lyſias, orator Syracuſanus, Cephali filius. Cicer. in Bruto.
Lyſias, ciuitas est Arcadiæ in Peloponneſo. Ptol.
Lyſias, oppidum est magnæ Phrygiæ. Ptol.
✣Lyſiacrates, vir quidã qui capillos iam canos nigro tingebat, quo iuuenis etiamdum videretur.
✣Lyſidice, filia fuit Pelopis & Hippodamiæ Pitthei ſoror, qui Electryoni nupſit. Plutarch.
Lyſimachia, oppidum Aetoliæ humi proſtratũ, quod prius Hydera. lib. 10.
Lyſimachia, qui nunc Hexamiliũ, oppidum est Thraciæ Cherſonneſi. Ptol. Vulgo *Hexamili*.
✣Luſimachus, Agothoclis filius, vnus ſucceſſorum Alexandri. Iuſt. lib. 15.
✣Lyſimachus, natione Acarnan, Alexandri pædagogus, ſecundas poſt Leonidem obtinuit. Plut.
✣Lyſippe, filia Prœti Argiuorum regis, à Ionone cum cæteris ſororibus in vaccam mutata.
✣Lyſippus, nobilis ſculptor à quo tantũ ſe fingi Alexander paſſus est. Cicer. in Epiſt.
✣Lyſippus, item poëta comicus, cuius fabulas enumerat Athenæus.
✣Lyæſtratus Sicyonius, Lyſippi ſtatuarij frater. Plin.
Lyſtra, ciuitas est Iſauriæ in Galatia. Ptol.
Luſitania, portio Hiſpaniæ quæ Luſitania.
✣Lyſo, quidam Ciceronis hoſpes, vt ſcribit in Epiſto. lib. 16.
Lyſus, Arcadiæ fluuius, ad cuius radices Aeſculapij tumulus.
‡Lytæ, parua regio Theſſaliæ. Steph.
✣Lyus, fluuius est minoris Aſiæ in Pontum defluens.
‡Lyxea, vrbs Acarnaniæ: à Lyxeo quodam. Steph.

DE INCIPIENTIBVS A litera M.

MAarſares, fluuius Babyloniæ in Euphratem ſe recipiens. Ptol. melius Baarſares.
Macæ, arũ. populi ſunt Arabiæ fœlicis Carmanis oppoſiti. Pomp. lib. 3.
Macæ, populi ſunt Libyæ interioris.
Macanitæ, pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Macareus, filius Aeoli, qui Canacen ſororé vitiauit.
Macaria, quondam dicta est quæ poſtea Cyprus Pli. Vulgo *Chipre*.
Macaria, quoq; cognominata est, quę poſtea Lesbos. Plin. Vulgo *Metelin*. (pti. Ptol.
✣Macaria, inſula in ſinu Arabico in Aethiopia Aegy-
Macaria, Herculis filia, quę pro incolumitate publica ſe deuouit inferis ad expiandum ſcelus. Eraſ.
Macaris, ciuitas est in Peloponneſo. Strab.
✣Macarius, viri propriũ. Hom. Interpretatur beatus.
Macaron, inſula Poti q̃ Leuce & Achilles dicta. Pli.
Macaronneſi. i. beatorum inſulæ, ad promontoriũ Tauri. Pomp. lib. 2.
Macaron, inſulæ dicũtur Lesbos, Samos, Chios, &c.
Macaron, quidam dici putant quod fortunati cœli ac ſoli ſint, vel
Macaron, quod eas ſuo ſuorumque regno Macar occupauerat. Pomp. lib. 2. cap. 7.
Macaronneſos, cognominata est Creta inſula. Soli. Vulgo *Candia*.
Macaros, dicta est Creta, à temperie cœli.
‡Maccabæus, nomen barbarum, quo vocati ſunt viri illi fortiſsimi.
Macæi, populi ſunt Libyæ interioris. Ptol.
‡Mace, gens inter Carmaniam, & Arabiam. Steph.
Macedo, filius Oſiridis Iouis filij.
✣Macedonia, prouincia Europæ inter Thraciam & Theſſaliam. Plin. lib. 4. cap. 10.
Macedonia, à Macedone Oſiridis Iouis filio dicta est
Macedo, onis. qui Macedoniam inhabitat.
Macedonicum mare, quod Aegæi pars est.
Macedonicum mare, à Pallene mote extenditur vſque Megaram.
Macedoniacus, & Macedonius, a, ũ. adiectiua, vt Iris
Macedoniaca. Celſus.
Macedonienſis, e. res ad Macedoniã pertinẽs. Plau.
Macedonicus ſinus, est mare contra Macedoniam.
Macedones, populi ſunt in ipſa Macedonia.
Macedonis ora, ante Emathia dicta est. Gel. lib. 14.
Macedones alij, cognomine Hyrcani, populi ſunt Lidiæ. Pli. li. 5. cap. 29.
Macella, ciuitas est Siciliæ inſulæ.
Macetes, populi ſunt ijdem qui Macedones.

Macetia,

Macetia, ciuitas est Cretæ inſulæ. Stra.
✣Machalaum, oppidum in agro Brixiano, Inſubrium clade nobile.
✣Machaon, medicus inſignis filius Aeſculapij. Hom.
✣Machonius, a, um. Oui. Ille Machaonia vix ope ſaluus erit.
Macherus, untis. oppidum est Iudææ Paleſtinæ.
Machia, inſula est vna è Cycladibus. Pli. li. 4. ca. 12.
Machini, populi ſunt Africæ propriæ. Ptol.
Machurebi, populi ſunt Libyæ interioris. Ptol.
Machures, populi ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis. Pt.
Machuſij, populi ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis. Pto.
Macidos, oppidum est Helleſponti. Pom. lib. 2. ca. 1.
Macieni, opinor pro Mantinei, lege Mantinei.
Macina, opp. est prouinciæ Narbonen. Plin. lib. 3.
Maciſtum, oppidum est Arabiæ. Strab.
Maciſtus Triphylliaca, ciuitas est Eubœæ. Steph.
Maciſtij, populi ſunt à Maciſto cognominati.
Macita, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Machlæ, populi ſunt Africæ finitimi Nazamonibus.
Macolicum, ciuitas est Hyberniæ inſulæ. Ptol.
Macodama, oppidum est iuxta Syrtim magnam. Pto. Vulgo *Mexorata*.
Macodama altera, ciuitas est ad Syrtim minorem.
Macomades, oppidum est Africæ propriæ. Plin. li. 5.
Macoraba, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Macra, fluuius Italiæ inter Liguriam & Hetruriam. Vulgo *Magra*.
✣Macra, inſula in ſinu Carcinite. Plin. lib. 4. cap. 13.
Macra, campus est in Phœnice regione. Stra. lib. 16.
✣Macri, campi inter Bononiam & Rauennã, per quos Romam itur. Vulgo *Valle di Montirono*.
Maeria, inſula prius dicta quæ poſtea Rhodius. Pli. Vulgo *Rodas*.
Macrini, populi ſunt Corſicæ inſulæ. Ptol.
Macris, inſula est in mari Lycio. Pli. lib. 5. cap. 31.
Macris, cognominata est Chios inſula. Plin. lib. 5.
Macris, quoque dicta prius quę poſtea Icaros. Vulgo *Nicaria*.
‡Macritius Cous, Sinopen in Ponto condidit. Steph.
Macrobij, dicuntur populi longioris vitæ.
Macrobij, populi ſunt Meroës inſulæ Aethiopiæ Aegypti. Pomp. lib. 3. in deſcripit. Aethiopiæ.
Macrobij, populi Athonis montis incolæ. Plin. li. 4.
✣Macrobius, nomé viri ꝓpriũ, Latiné lõgæuus dicit.
✣Macrocephali, populi ſunt ad Boſphorum Cimmerium. Pomp. (Plinio.
Macrocremnij, montes ſunt prope Iſtrum fluuium.
Macrocremnus, mons est Sarmatiæ Europæ.
Macrones, populi fuerunt tributarij Dario. Herod.
Macrontẽchos, id est, lõgus murus, oppidũ est Thraciæ. Ptol.
Macryas vocat Steph. quos. Plin. & Ptol. Maclyas.
Maeryes, populi ſunt Africæ propriæ. Ptol.
Mactorium, vrbs est ſita ſuper Gelam in Sicilia. Vulgo *Mazarino*.
Macynia, ciuitas est Aetoliæ. Strab. lib. 9.
Macyſtos, mons est Lesbi inſulæ notiſsimus. Pl. li. 5.
Madaſara, oppidum est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Madaura, ciuitas in collimitio Getuliæ & Numidiæ ſita. Vulgo *Oran*.
Madauréſis colonia, vnde fuit Apuleius Socraticus
Madauréſis colonia, ſub ditione Syphacis collocata
Madia, ciuitas est Colchidis regionis. Ptol.
Madiama, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Madian, vrbs quædam ab vno filiorum Abraham ex Cetura ſic vocata.
Madian, trans Arabiam ad meridiem in deſerto Saracenorum ſita est. Hieronymus.
Madianea, & Madianeis, regio dicitur à Madian.
Madianites, ſinus est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Madoca, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Madupi, populi ſunt Aethiopiæ ſub Aegypto. Ptol. Græca habent Cadupi.
Madurus, oppidum est Numidiæ nouæ. Ptol. vnde
Marudenſe legit Politianus, vbi Plinius mendoſè Materenſe.
Madurenſe hoc in loco, vetus lectio est Materenſe.
‡Madytus, vrbs Helleſponti: gẽtile Madytius. Steph.
Mæander, fluuius Phrygiæ in Aſia propria. Pto. Vulgo *Pallazzia*.
Mæandrius, a, um. i. res ad Mæandrum pertinens.
Mæandria, oppidum est Epiri. Plin. lib. 4. cap. 1.
Mæandropolis, opp. fuit Cariæ regionis. Pli. lib. 5.
Mędia, cum æ diphthongo, ciuitas est in Thracia.
Mædi, populi ſunt Thraciæ. Medivero ſine diphthõgo, Aſiæ.
Mędica præfectura, Thraciæ est Pæoniæ vicina.
✣Mænades, apud Græcos dicuntur mulieres, Bacchi ſacrificulæ, à Græco μαίνομαι, id est, inſanio.
✣Mænades, ſparſis capillis inſtar furentium celebrabant Bacchi ſacrificia. Iuuenal.
✣Mænala, qui & Mænalus intellectu ſingulare, voce autem plurale, mons est Arcadiæ altiſsimus, & ciuitas quoque, vnde
Mænalius, a, um. adiect. res ad vtrumque pertinens.
Mænalia, vrbs Galatiæ. Steph.
✣Mænius, Coſ. Rom. priſcos Latinos ac Antiates nauali prælio anno ab vrbe condita. 430. deuicit.
‡Męnobora, vrbs Maſtienorum, gentile Mænoboræus. Steph.
✣Mænoles, dictus est Dionyſius, quod latinè furentem ſignificat, cui. Bacch. Orgia celebrant.
Mænomeni, montes ſunt in Sardinia. Ptol.
Mæonia, regio est Aſiæ minoris, quæ poſtea Lydia.
Mæones, populi dicti qui poſtea Phryges.
Mæones, Anamæon adoleſcentulus à ſe dictos condidit. Beroſus.
Mæonius, a, um. res ad Mæones pertinens.
Mæonides, vir, & Mæonis, fœmina ex Mæonia.
✣Mæonides, per excellentiam dicitur Homerus, vnde & Mæonium carmen.

Mæotis, palus ſeptentrionalis qui cõiungitur Ponto Euxino. Vulgo *Mar de Tana, o Mar negro*, Alijs *Zabacca*.
Mæotæ, populi ſunt Mæotidis paludis accolæ. Plin.
Mæotæi, populi ſunt ſeptentrionales ad Tanaim fl.
Mæoticus, a, um. res ad Mæotidem pertinens. Verg.
Mæpa, ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Mæpha, ciuitas eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Mæſanites, ſinus maris Perſici in Arabia deſerta. Pt.
Magares, ſiue Macares, populi ſunt Aetoliæ. Pl. li. 4.
Magarſos, ciuitas eſt Cilicię. Plin. lib. 5. cap. 27.
Magellini, populi ſunt Sicilię ſtipendiarij. Pli. lib. 3.
Magi, populi ſunt Perſidis ſapientiæ ſtudioſi.
✣Magia, fons Siciliæ in agro Syracuſano.
‡Magia, vrbs Illyriæ, gentile Magiates. Steph.
Magindana, ciuitas eſt Geræorum in Arabia fœlici.
Magini, populi ſunt ſeptẽtrionales, de q̃bus Tibul.
‡Magiſtrica, regio Tauriſcorum iuxta Alpes. Steph.
‡Magna, inſula Libyca: gentile Magnites. Steph.
✣Magna Græcia, dicta eſt ea Italiæ pars quæ à Tarento vſque ad Cumas eſt, vel
✣Magna Græcia, quod multæ magnęq́; ciuitates in ea à Græcis fuerint conditæ. Feſt.
✣Magna Græcia, à quibuſdam tota Italia dicta eſt.
Magnata, vrbs Hyberniæ, à qua Magnatæ pop. dicti.
✣Magnes, Athenienſis comicus fuit tempore Epicharmi, docuit fabulas nouem. Suid.
✣Magnes, item Smyrnæus puer Gygi Lydorum regi prædilectus. Suid.
Magneſia, regio Macedoniæ confinis Theſſaliæ.
Magneſia, promont. eſt Macedoniæ. Ptol. Vulgo *Cabo Verlichi*.
Magneſia, vrbs eſt Ioniæ in Aſia minori ad Mæandrum fiu. Herod. lib. 3.
Magneſianus, a, um. Hieronymus fecit à Magneſia.
Magnetes, populi ſunt Magneſiæ regionis.
Magneti, populi Darij regis tributarij. Herod. li. 3.
Magnetis, idis. fœmina eſt ex Magneſia regione.
‡Magnetis filius Glaphyras, conditor Glaphyrarum vrbis Theſſaliæ. Steph.
✣Magneſſa Hippolyte, Acaſti regis Magneſiæ cõiunx
Magniana, opp. eſt Pannoniæ ſuperioris. Ptol.
Magnus, ſtu. eſt Cappadociæ.
Magnus portus, Ptolemæo in diuerſis locis ponitur
Magnus portus, locus Britanniæ. Ptol. Vulgo *Portſmouth*.
Mago, onis. opp. eſt in minori Baleari. Ptol.
✣Mago, authoris Afri nomẽ, qui de re ruſtica ſcripſit.
✣Mago, dux Carthaginẽſis, qui Romanis in bello Tarentino auxilio venit ante bellum Punicum. Liu.
✣Mago, Annibalis frater in agro inſubrium vulneratus, apud Corſicam obijt. Liuio. lib. 30.
✣Mago, ité à Scipione apud Carthaginẽ in Hiſpania captus, ac per Lælium Romam miſſus. Liuio.
✣Magog, filius Iaphet, à quo Magogæ dicti, qui Græcis Scythæ. Ioſepho.
Magogum regnum, in Aſia quem Saturnus Babylonius rex condi iuſſerat.
Magoras, fluuius eſt Phœniciæ. Plin. lib. 5. cap. 20.
Magorum ſinus, ponitur in Arabia fœlici. Ptol.
Magrada, flu. eſt citerioris Hiſpaniæ. Pomp.
Maguda, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratẽ. Pto.
Magulaba, ciuitas eſt Arabiæ fœlicis. Pto.
Maguntia, ciuitas eſt Germaniæ.
Maguntæ, populi ſunt Germaniæ.
Magura, ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol.
Maguſa, ciuitas eſt in Arabia petræa. Pto.
✣Maia, Atlantis filia ex Pleione nympha, ex qua Iupiter Mercurium ſuſcepit,
✣Maia, dea quædam Fauni filia, cui in mellario vaſe non mel, ſed vinum ſacrificabant.
✣Maieſtas, dea Honoris & Reuerentiæ filia. Ouid.
✣Maius, menſis à maioribus quibus conſecratus erat dictus, ſicut Iunius a iunioribus. Macrob.
Malaca, opp. eſt Bæticę in ora maritima. Pomp. Vulgo *Malaga*.
Malacitanus, a, um. res ad Malacã Bæticæ pertinẽs.
Malacath, ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol.
Malchubij, populi ſunt Mauritanię Cæſarienſis.
✣Malchus hiſtoricus, ſcripſit hiſtoriam à Conſtantino vſque ad Anataſium. Suid.
✣Malchus, famulus ſacerdotis quẽ percuſsit Petrus.
Malea, promont. eſt ſinus Laconici in Peloponneſo. Vulgo *Cabo Maluesia*.
✣Maleacus, a, um. a Malea, vt ſinus Maleacus.
Malena, regio eſt Atarnitidis. Herod. lib. 6.
Maleos, inſula adiacens Hyberniæ vna ex quinque Ebudis. Ptol.
Maleos, emporium Aethiopię Aegypti. Ptol.
Maleos, inſula eſt adiacens Liburniæ.
Malethubalus, mons eſt Mauritaniæ Cæſariẽſis. Pt.
Maleuentum, Cãpaniæ opp. quod boni ominis cauſa Beneuentum verſum. Perotto. Vulgo *Benuento*.
Maleus, mons eſt Indiæ in Oretum gente. Plin. li. 7.
Maliaca, ciuitas eſt Hiſpaniæ Tarraconẽſis. Pt. Vulgo *Benauente*.
Maliachi, duæ inſulæ in ſinu Arabico. Ptol.
Maliatha, ciuitas eſt Arabiæ petrææ. Ptol.
Malichos, inſ. eſt à qua Sceneõ. 225. paſſuũ milibus diſtat. Solin. cap. 70.
‡Maliea, vrbs Theſſaliæ, à qua populi Maliees. Ste.
Malieus, opp. à quo ſinus Maliacus videtur dictus.
Malieus, apud Pampiniũ legitur pro quo mendoſe Mileos.
Malieus, ciuitas eſt contermina Locridi & Doridi.
Maliacus ſinus, qui adiacet Malieo oppido.
Malimnus, Siciliæ mons Theocrito, ob id quod malis. i. pomis refertus ſit.
Mallaba, ciuitas eſt in Arabia fœlici. Ptol.
‡Mallada, vrbs Perſica, gentile Malladenus. Steph.
‡Mallois, locus in Lesbo, vbi Apollinis templum eſt. Steph.

Mallos,

Mallos, ciuitas eſt Cilicię proprię dictę. Pto. Vulgo *Malo*.
Mallotes vir, & Mallotis fœmina, à Mallo vrbe.
Malotæ, per ſimplex l. ſcribitur ſemper à Latinis.
Malotæ, à patria dicuntur Crates, Ariſtophanes, & Philiſtides.
Malotæ, vide an ſit à Malos an Mallos.
Malquæ, populi ſunt Libyæ interioris. Ptol.
‡Malſanæ, vrbs fœlicis Arabiæ, gẽtile Malſanites. St.
Malthacæ, inſula eſt adiacens Corcyræ. Pl. li. 4. ca. 12.
Malua, per u vocalem, flu. eſt Mauritaniæ Tingitanæ
Mamala, villa eſt in Arabia fœlici. Ptol.
‡Mamarcina, vrbs Auſoniæ: gentile Mamarcinus. Ste.
✣Mambre, mons iuxta Hebron.
Mamechia, ciuitas eſt Albaniæ regionis Aſiæ. Pto. legendum potius Camechta.
✣Mamercus, prænomen Aemiliorum.
✣Mamercorũ meminit Cic. de claris oratori. & in off.
✣Mamercus, præſul Viẽnenſis primus ſupplicationes quas noſtri rogationes vocant, inſtituit. Volat.
✣Mamers, dictus eſt Mars Oſcorum lingua, qui & Maors appellatur.
✣Mamertes Corinthius, filios fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit Ouid
Mamertium, oppidum eſt campaniæ Strab. lib. 6.
Mamertini, populi ſunt Campaniæ à Mamertio.
Mamertini, quũ colonos in Meſſanam miſiſſent, ipſi quoq; Mamertini, potius q̃ Meſſanenſes dicti ſunt.
Mamertina, quoq; Meſſana ciuitas dicta eſt, &
✣Mamertinum vinum, non Meſſanenſe, Martial.
Mammida, ciuitas eſt Perſidis regionis. Ptol.
Mammilla, Telegoni filia, à qua Mammillorum familia vocata.
Mammiſea, tetrarchia eſt Syriæ Cœles. Pli. li. 5. ca. 23.
Mamortha, ciui. eſt Palæſtinæ Iudęæ. Plin. lib. 5. ca. 13.
Mampſarus, mons eſt Africæ propriæ. Ptol.
Mampſari, populi ſunt eiuſdem Africæ Ptol.
Mamuga, ciuitas eſt Caſiotidis regionis Syriæ. Ptol.
✣Mamurra, eques Romanus Formijs natus. Pli. libro 36. cap. 6.
✣Mamurræ, ſenatoria familia erat Romæ.
✣Mamurrius, faber fuit ęrarius qui ancylia fabricauit Salyorum Ouid.
Manalis petra, oſtiũ erat Orci per quod animæ inferorum ad ſuperos manant, qui dicuntur Manes.
Manalis petra, quæ cum in vrbem perraheretur inſequebatur pluuia. Feſt. (manat. Feſto.
Manalis fons, dicitur p eo quod aqua ex eo ſemper
Manapia, ciuitas eſt Hiberniæ inſulæ. Ptol.
Manarmanis, portus in Germania magna. Ptol.
Manares, populi fuere in Latio qui interiere. Plin.
Manathuſa, ſiue Manechuſa, opp Cretæ inſulæ. Pom.
Manathuſa, opp. Cretę, vbi mẽdoſe legit Camoracuſa
Manchana, ciui. eſt Meſopotamię ad Tigrim. Ptol.
Mandagandeni, pop. ſunt Aeolidis. Plin. lib. 5. ca. 30.
Mandagara, ciuitas eſt Mediæ. Ptol.
Mandagarſis, ciuitas eſt quoque Mediæ. Ptol.
Mandane, Aſtyagis filia, quę Cambyſi nupſit. Her.
Mandela, pagus eſt in Sabinis. Horat. lib. epiſt. 1.
Mandei, orum. populi ſunt Indiæ. Plin. lib. 6. cap. 17.
Mandetrium, opp. eſt Liburnorum. Pli. 3. cap. 22.
Mandibuli, populi ſunt in Aquitania. Strab.
✣Mandonius, dux Hiſpanus, Romanorũ partes in Hiſpania iuuit cum Scipione Africano Liui o. 29.
Mandori, populi ſunt Libyæ interioris Ptol.
‡Mandro, nauicularius quiſpiam, qui aſpirante fortuna tandem factus eſt imperator. (Steph.
‡Mandropolis, vrbs Phrygiæ: ciuis Mandropolites.
Mandrus, mons eſt Libyæ interioris. Ptol.
‡Mandyrium, vrbs Apuliæ: ciuis Mandyrinus. Steph.
Manæanam, oppidum eſt mediterraneum Mauritaniæ. Ptol.
Mandubij, populi ſunt Galliæ iuxta Alexiam.
Manechuſa, ſiue Manathuſa, oppidũ Cretæ inſulæ.
Manes, fluuius eſt Locridis, qui & Boagrius. Strab.
Maneſiũ, vrbs Phrygiæ, à Mane ditiſſimo conditore. Steph.
✣Manethus Mẽdes, Aegypti ſacerdos ſcripſit philoſophiam & alia nonnulla. Suid.
Mangõ, inſu. eſt Aethiopiæ Aegypti in ſinu Arabico.
Mania extrema, oppidum eſt Lesbi inſulę Ptol.
✣Mania, vrbs Parthorũ aboriẽte hyberno. Pl. li 6. c. 25.
✣Mania dea, larium mater, cui olim ſacrificabant, &
✣Maniæ, laruæ quædam quæ pueris minitari ſolent.
✣Manichæi, hæretici à quodam Perſa Manichen dicti.
Manitæ, populi ſunt Arabię fœlicis Ptol.
✣Manilius Octauius, Tarquinij gener qui Romanis bellum intulit Liuio. lib 1.
✣Maniolæ, inſulæ ex aduerſo Indiæ extra Gangem.
✣Manius, prænomen ab eo quod manẽ quis initio natus ſit, vt Lucius qui luce Feſt.
✣Manius Marcius, ædilis, primum frumẽtum populo in modios aſsibus donauit. Pli. li 18. cap. 3.
Manliana, oppidum eſt Hiſpaniæ Luſitaniæ. Ptol.
Manliana, oppidum eſt Tuſcorum in Italia Ptol. Vulgo *Malliano*.
✣Manlius, nomen viri proprium.
✣Manlius Antiochenus, conditione ſeruus, arte aſtrologus, ac poeta. Plin lib. 35. cap. 17.
✣Manlius Capitolinus, ſic ob defenſum Capitoliũ dictus Plin.
✣T. Manlius Torquatus, cognomẽto Imperioſus, vnde
✣Manliana imperia, prouerbiũ in eos qui nimis rigida iuris obſeruatione, humanitatis & æquitatis obliuiſcuntur.
✣Manlius Volſo, contra Gallogræcos bellum geſsit & eos ſuperauit, de quo Liuius. l. b. 4 Decadis. 1
✣Manlius Torquatus, orator plus habuit facultatis ad dicendum quam voluntatis. Cic.
✣L. Manlius, prętor inſignis, de quo Macrobius.
✣Mannus, filius fuit Teutonis dei a quo dicti Alemanni.

✣Manoba, oppidum est Bæticæ in ora maritima. Vulgo *Bexmiliana.*
Manocaminum, ciuitas est Aegypti.
Manrali, populi sunt Libyæ intertoris. Ptol.
Manrali, populi sunt Colchidis regionis. Ptol.
Manteum, oppidum est in Ionia. Pli. lib. 5. cap. 29.
Manteum aliud, opp. est Colophoniorum. Pli. ibidē.
Manthyrea, locus est in Arcadia regione.
Mantieni, populi confines Armenijs & terræ Cisię. Herod.
Mantinea, locus Pelopōnesi in sinu Argolico. Pl. li. 4
Mantinea, quæ. Ptol. Mantinia & postmodum Antigonia, oppidum in eadem Arcadia. Pli. li. 4. ca. 6.
Mantinum, ciuitas est Corsicæ insulæ Ptol.
✣Mantius, Melampi filius ex Iphianassa Prœti filia.
✣Mantous, fuit Tiresiæ vatis Thebani filia. Ver. li. 10.
Mantua, oppidū est Galliæ Cisalpinæ Vergilij patria.
✣Mantua, ab Ocno filio Tyberis, & Mantus Tiresiæ vatis filia, condita dicitur. Vulgo *Mantoua.*
✣Mantuanus, a, um à Mantua deducitur.
Mantua, quoq; opp. est Hispaniæ. Ptol. Vulgo. *Madrid.*
Mapalia, domus sūt pastoriciæ in Cyrenaica regione.
Mapeta, ciuitas est Sarmatiæ in Asia. Ptol.
Miphoritæ, populi sunt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Mapsa, ciuitas est Idumeæ in Palæstina. Ptol.
Marabina, oppidum est Cyrenaicæ regionis. Ptol.
Mara, ciuitas metropolis, Arabiæ fœlicis. Ptol.
Maraca, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Maraga, ciuitas est Arabiæ fœlicis Ptol.
✣Maras, vir apud Beroën Syrię ditissimus, humanus & officiosus, vt scribit. Eras.
Marasdi, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Marathe, insula est prope Corcyram. Pli. lib. 4. ca. 12.
‡Marathesium, vrbs Cariæ, gentile Marathesij. Steph.
Marathon, locus celebris in Attica regione. Strab.
Marathon, oppidum iuxta Thricoritum & Rhamnē. Stra. lib. 9.
Marathonius, a, um. i. res ad Marathonem pertinens.
✣Marathonius taurus, dictus est quem apud Marathonem Theseus interfecit.
Marathonius campus, est in Hispania citeriori. Str.
Marathus, parua vrbs est Phocidis. Strab. lib. 9.
Marathusa, opp. est Cretæ mediterraneū. Pli. lib. 4.
Marathusa, insula est adiacēs Epheso quæ & Clazomenia, sic dicta à copia fœniculi.
‡Marcæum, mons Troadis iuxta Geragitem. Steph.
✣Marcella, mulier Rom. quę quum à matre rogaretur, num gauderet se nupsisse, respondit: Ita valde, vt amplius nolim.
✣Marcellus, vir Romanus clarissimus, de quo Plutarchus & alij scripserunt.
Marchubij, populi sunt Africæ propriæ. Plin. lib. 5.
Marcinna, ciuitas est in Italia. Stra lib. 5.
✣Marclylas, latro insignis in sylua Dodonæa. Tortel.
Marcodaua, ciuitas est in Dacia. Ptol.
‡Marcodurum, Vbiorum vicus in Belgica. Vul. *Dura.*
Marcomani populi Germaniæ, quos nunc Moravos & Bohemos dici existimant.
Marcoti, pars est quæ vbi mari imminet Tenia dicit.
✣Marculus, diminutiuum à Marco, inquit Festus.
Mardara, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Mardara, ciuitas est Ponti Cappadocum. Ptol.
Mardi, populi sunt Armeniæ maioris. Pto.
Mardocea, regio est Babyloniæ. Pto.
Mardonia, regio est Epiroticæ regionis.
Mardonia, mendosè pro Pandosia legitur Theopōp.
✣Mardonius Persa, pro Xerxe in Græcia bellū gerēs ab Arimnesto Spartiata saxo obrutus est. Plut.
Marea, vrbs est Aegypti Africam versus. Hero. li. 2.
Mareotis, lacus est prope Alexandriam. Pl. li. 5. c. 10.
Mareotis, portio est Africæ iuxta Cyrenaicam.
Mareotis, idis. regio est, pars Aegypti.
Mareotis, villa est præfecturæ Libycæ. Ptol.
✣Mareotis, pars Epiri in qua optimum vinum nascitur. Verg.
Mareoticus, a, um. res ad Mareotidem pertinens.
‡Mares, populi vicini Mosinœcis. Steph.
✣Margæa nomen fontis Plinio quo nomine dicta est Vrbs in Elide: gentile Margæus. Steph.
Margalæ, ciuitas est in Peloponneso. Stra. li. 8.
Mergamæ, inclyta regio à Caspijs ad orientem versus. Solin.
Margasi, populi sunt Mediæ. Ptol.
✣Margiana, regio est Asiæ maioris. Strab. lib. 10.
Margiana, regio est in Media, vnde Margiani. Hodie *Zagatai* dicuntur.
Margus, fluuius Margianæ regionis in Oxum fluens. Ptol. lib. 6. cap. 10.
✣Maria, fœmininum est à nomine Marius. Claud.
✣Maria, nomen virginis Deiparæ.
Maria, palus est in Aegypto Marmarica Ptol.
✣Mariaba, metropolis est Sabæorum. Strab. lib. 16.
Mariama, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Mariama, ciuitas est Casiotidis regionis Syrię. Ptol.
Mariamitami, populi sunt Syriæ cœles. Plin. lib. 5.
Mariana, ciuitas est Corsicæ insulæ. Ptol.
Mariana fossa, locus est in prouincia Narbonensi.
Mariana fossa, inter Massiliā & Rhodanum assidet. Pomp. Vulgo *Aguas muertas.*
Mariani, montes in Bætica, Nunc *Sierra morena.*
Mariandini, populi sunt confines Bithyniæ. Herod.
✣Marica, dea est littoris Minturnensium iuxta Lyrim amnem. Horat. 3 Carminum.
Marica, ciuitas est Persidis regionis.
Marica, sylua est Italiæ in Campania.
Maridumnum, oppidum est Britanniæ insulæ. Ptol.
Marimarusa, à Cimbris dicitur quod mare mortuū appellatur.
Marina, palus in Cyrenaica regione.
Mariona, ciuitas est Germaniæ. Pto. Vulgo *Lunēburg.*
Marionis alia, ciuitas Germaniæ. Ptol. (li. 4.
Maris, fluu. Agathirsorum in Istrum fluens. Herod.

Mari-

Marithi, montes sunt in Arabia fœlici. Ptol.
Marium, oppidum Cypri insulæ. Steph.
✣Marius Arpinas, humili loco natus septies apud Romanos consul fuit. Plutarch.
✣Marij multi fuerunt, de quibus vide Volaterranum.
‡Marmaces, populi Aethiopiæ. Steph.
Marmarica, regio est Aegypto & Libyæ vicina. Hodie, *Barcha.*
Marmaridæ, po. Africæ Aegypto cōtermini. Pli. li. 5.
Marmaricus, a, um. res ad Marmaridas spectans.
Marmarium, oppidum est Eubœæ insulæ. Strab.
Marmatia, gens est in Sarmatia Europæ.
‡Marnan, templum Iouis Cretensis in Gaza Palæstinæ. Steph.
✣Maro, vt quidā volunt opifex figulus, pater Vergilij
Marobudum, oppidum est Germaniæ. Ptol.
Maroneia, ciu. est Ciconiæ in Thraciæ Chersonneso
Maroneia, vrbs est Thraciæ Herod. lib. 7. Vulgo *Maroña.*
Maroneia, à Marone rege Thraciæ vnde vinum Maroneium.
Maroneia, ab Euandro Rhadamanti filio cōdita. Herod. lib. 6.
Maronias, ciuitas est Chalcidicæ regionis Syriæ.
Marora, opp. est Cappadociæ. Ptol.
Marpasa, opp. Asiæ de quo. Plin. lib. 2. & 10.
Marpesus, mons in Paro insula, à quo
Marpesius, a, um. Verg. Aut flet Marpesia cautes.
✣Marsippia, filia Eueni speciosa inter paucas nymphas
Marrabius, flu. est Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Marrasium, opp. est Persidis regionis. Ptol.
✣Marrubij, populi fuerunt Italiæ, circa Fucinum lacū.
Marrubium, opp. est Marsorum. Strab. Vulgo *Maruo.*
Marucini, populi Marsorū in quarta Italiæ regione.
✣Mars, apud gentiles deus belli creditus est. Varr.
✣Mars, dictus quod maribus in bello præsit.
✣Mars, à poētis Mauors dicitur quod magna vertat.
✣Mars communis, dicitur quod varius ac incertus belli euentus sit. Cic. 11. Philipp.
Marsi, populi Italiæ inter Pelignos & Samnites.
✣Marsi, populi in Scythia Herod. lib 4.
✣Marsia, regiuncula Italiæ à Marso Circes filio dicta.
✣Marsus, a, um. & Mersicus, a, um. adiectiua. Cic.
Mersia flu, Apameam præterfluens.
‡Marsippus, vrbs Phœniciæ: gentile Marsippius. Ste.
Marsonia, ciuitas est Pannoniæ inferioris. Ptol.
✣Marspiter, Martis pater, sicut Diespiter diei pater.
Marsitæ, populi fuerunt in Liburnia. Plin. lib. 3.
✣Marsyas, Peleus historicus, scripsit res Macedonicas libris. 10. Suid.
✣Marsias Tabenus, scripsit de tranquillitate animi libros 12. Suid.
✣Marsias, tibicē insignis ex Celenis oppido Phrygiæ.
Marysias, flu ex Hydriade regione defluit in Mæandrum. Herod lib. 5
Marthula, ciuitas in Cappadocia. Ptol.
✣Martia, Catonis filia minor, dixit in vxoribus magis elegi solere diuitias quam pudicitiam.
Martia, aqua Romę fuit, oriens in vltimis montium Pelignorum. (nia.
Martia aqua, quondā Aufeia vocabat, fons ipse Pico-
Martiales, quidā appellabant ministri publici Martis
✣Martialis, poēta qui Epigrammatum festiuitate Epigrammatici nomen promeruit.
Martini, populi sunt Arabiæ desertæ. Ptol.
✣Martion Smyrneus, vir qui de simplicibus affectibus scripsit. Plin. lib. 26. cap. 3.
✣Martius, qui Ancus cognominatus est, quartus Romanorum rex. Plin. lib 31. cap. 3.
✣Martius campus, Romę dictus est quod Marti consecratus esset.
Maruingi, populi sunt Germanię magnę. Ptol.
✣Marullus, Tribunus plebis cū Flauio, coronas Cęsaris dictatoris, statutis detraxit Plut. in Cæsare.
✣Marullus, item poēta mimographus sub Antonino principe.
Marmidæ, populi sunt Mediç. Ptol.
Masada, castellum est Iudeæ Palestinæ. Pli. li. 5. ca. 19.
Masaram, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Masatat, flu. est Mauritaniæ. Plin li. 5. cap. 1.
Masati, populi sunt Mauritaniæ. Plinio ibidem.
‡Maschine, vrbs Scenitarum Arabum Steph.
‡Mascotus, vrbs Lybię, & alia prope Hesperides. Ste.
✣Masdoramus, mons qui Parthos ab Aria separat.
Malæsolij, populi sunt Mauritaniæ Cæsariensis. Pto.
‡Masetis, palus quidam & vicus, & insula. Steph.
Masices, populi sunt Mauritaniæ. Ptol.
Masicolus, mons est in Lycia. Ptol.
✣Masinissa, Numidarum rex in Africa, prius Romanorum hostis, deinde amicus perpetuus Liuio.
Masitholus, flu. est Libyæ interioris. Ptol
Masitholus, à monte qui θεῶν χημα. i. deorum currus dicitur, fluit.
Massa, flu. Libyæ interioris. Ptol.
Massadalis, villa est Marmaricæ in Aegypto. Ptol.
Massagetæ, populi Scythiæ Asiaticæ Orientem versus. Lucan.
Massagetes, populi Thraciæ septentrionales.
Massalia, flu est Cretæ insulæ Ptol. Vulgo *Mesauo.*
Massani, populi sunt Arabiæ desertæ. Ptol.
‡Massaura, vrbs Indorum: gentile Massaureus. Steph.
Massia, ciuitas est in Peloponneso. Strab.
✣Massica, regio Bæticæ Tartesijs opposita, quæ Vitruuio Maxia,
Massicus, mōs est Cāpaniæ, optimi vini ferax, vnde
✣Massicus, a, um. adiectiuum: vt Munera Massica Bacchi. Verg.
✣Massicum, dicitur ipsum vinum ex Massico monte proueniens. Horat.
Massilia, ciui est prouinciæ Narbonen. Vul. *Marsella.*
Massilia altera, ciuitas Romanorum in Narbonensi prouincia.

Maſsilienſis, Maſsilitanus, & Maſsilioticus, a, um. à Maſsilia dicitur.
Maſsilioticum oſtium, vnum ex Rhodani oſtijs.
✠Maſsierius, eques Romanus iuriſconſultus tempore Tyberij non incelebris.
✠Maſsyla, prouincia eſt quam quidam Getuliæ & Numidiæ vicinam dicunt.
Maſsyli, & Maſsylęi, pop. Africæ propriæ dictæ.
Maſsyli, ſiue Maſſuli, Vergil. Maſsyliq; ruunt equites & odora canum vis.
Maſsyli, vnde Maſsylij & Maſsylęi & Maſsylus, a, ũ.
Maſsylæus, a, um Mart. & Maſsylæum virga gubernat equum.
Maſta mons eſt Aethiopiæ ſub Aegypto. Ptol.
‡Maſtiani, pop. iuxta Herculis columnas ab vrbe Maſtia. Steph.
Maſtitæ, pop. ſunt Maſtæ montis accolæ. Ptol.
Maſthala, ciuitas eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.
‡Maſtramelle, vrbs & palus Celticæ. Steph.
Maſtuſia, promont. eſt Thracię Cherſonneſi. Ptol.
Maſuchis, vicus eſt Marmaricę in Aegypto. Ptol.
Matalia, ciuitas eſt Cretę inſulę Ptol.
Matelge, opp. eſt Garamantum in Africa. Plı. lib. 5.
Mateni, populi ſunt Sarmatię Aſiaticę Ptol.
Mateolani, pop. ſunt Hirpinorum in Italia.
✠Mater magna, terra dicitur, & mater alma, quòd omnia alat, & Mater Deum, quòd omnia generat.
Matia, ciuitas eſt Vmbrorum. Dionyſio Alicarnaſſ.
‡Matiana, pars Mediæ. Steph.
Matini, pop. ſunt Hirpinorum in Italia. Plin. lib. 3.
Matinus, mons eſt Apuliæ buxis abundãs. Horat.
Matiſſa, ciuitas eſt Corſicę inſulę. Ptol.
Mattes, pop. ſunt Libyę interioris. Ptol.
Matium, opp eſt Cretæ in ora maritima. Plin. lib. 4.
‡Matralia, matris Matutæ feſta.
Matrici, pop. ſunt Galliæ Belgicæ.
Matrinus, flu. eſt Marucenorum in Italia. Ptol. Vulgo *Piomba en Abruzzo.*
Matrona, flu. Galliæ Celtas à Belgis ſeparans. Cęſar. Vulgo *Marne.*
Matroſalentinus, in Sicilia. Cic. 4. in Verrem.
Mattiacæ pilę, quas Martialis proſapone poſuit.
Mattiacum, opp. eſt in Germania. Ptol.
Mattiaci, pop. ſunt Germaniæ, à Mattiaco.
Mattiaci, fontes ſunt calidi in Germania trãs Rhenũ.
Mattilicates, pop. ſunt Vmbriæ. Plin. lib. 3. cap. 14.
Matiſium, opp. eſt in Thera inſula, quod & Macyſtũ.
‡Matuta, dicta aurora, quòd matutino tempori pręſit. Cic.
Matylus, ciuitas in ora maritima Pamphiliæ. Ptol.
Mauis, opp. eſt Aethiopiæ. Plin lib. 5. cap. 8.
Maube, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratem. Melius Baume.
Mauitania, regio eſt prouinciæ Terraconenſis. Plin.
✠Mauors, dicitur Mars per Epentheſim, ſicut nauita pro nauta, quòd magna vertat. Cic. de Nat. Deo.
✠Mauritania, Africæ regio extrema iuxta Gaditanum fretum, quo ſeparatur ab Hiſpania. (citur.
✠Mauritaniã, Anteus ab Hercule victus inhabitaſſe di-
Mauritania Tingitana, regio eſt occidẽtalis Africæ
Mauritania Cæſariẽſis, regio ſuperiori contermina.
Mauri, pop. ſunt vtriuſq; Mauritaniæ.
✠Mauritanus, a, ũ. poſſeſsiuum à Mauritania, vt: Bellũ Mauritanum.
Mauri, populi ſunt propè Hiſpaniam. Saluſtio.
Maurus, inquit Lucanus. lib. 4. concolor Indo eſt.
Mauruſij, dicuntur Græcè, qui Latinè Mauri & Mauritani.
Mauruſij, extremi prope Oceanũ po. aduerſus Gades
Mauruſiacus, a, um. res ad Mauruſios pertinens.
✠Mauſolus, rex Cariæ, quem nulla re abſtinuiſſe pecuniæ cauſa ſcribit Theopompus. Suid.
✠Mauſoleum ſepulchrum regis Mauſoli, adeo preciosſum, vt inter. 7. orbis miracula numeretur, vnde Suetonius.
✠Mauſoleum, ſepulchrum Cæſarum appellauit.
‡Mauſoli, dicuntur Cares à Mauſolo. Steph.
Maxilua, opp Turdetanorum in Hiſpania. Ptol.
✠Maximus Curio, vir erat cuius authoritate curię omnes regebantur.
Maxula, colonia Africæ propriæ. Ptol.
Maxula vetus, inter Bragadam & Tritonem fluuios.
Maxyes Pœni, populi Africæ. Herod. lib. 4.
Mazaca, ciuitas Cappadocię ſub mõte Argeo, quam dicunt vrbium matrem. Steph.
✠Mazacenius, a, um. res ad Mazacam ſpectans.
Mazacyla, vicus eſt Marmaricę Aegypti. Ptol.
Mazęi, pop. ſunt Dalmatię ſiue Liburnię. Ptol.
‡Mazęum, ciuitas in Bithynia. Steph.
Mazara, ciuitas eſt Armenię maioris. Ptol.
Mazarini, pop. ab eadem Mazara dicti.
Mazara, ſiue Mazarus, flu. eſt Siciliæ. Ptol.
✠Mazax, Africæ populus qui in torquendis miſsilibus non eſt inferior Pœnis. Beroald.
✠Mazeras, flu. in ora maris Hyrcani. Plin. lib. 6. ca. 16.
✠Mazeres, Cyri regis miles apud Herodotum.
Mazices, pop ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.

M A N T E E.

Mearus, flu. eſt Hiſpaniæ in ora Aſturum. Pomp. lib. 3. Vulgo *Mearon.* (colunt.
‡Mecha, ciuitas eſt Arabię fœlicis quam Sarraceni in-
Mechleſſus, ciuitas eſt Colchidis regionis. Ptol.
✠Meciſtus, vn' fuit ex ſocijs Aiacis Telamonij. Hom.
✠Mecœnas, vir equeſtris ordinis, Hetruriæ regibus ortus amicus, Cæſaris Auguſti. Hor.
✠Mecœnates, dicuntur bonarum artium promõtores.
Mecolentum, inſula eſt in ſinu Illyrico.
Mecyberna, opp. eſt Macedoniæ. Plin. lib. 4. cap. 10.
Mecybernæus ſinus, eidem oppido adiacens. Plin.
Meda, ciuitas eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.
✠Meda, vrbs eſt Theſſaliæ. Perotto.
Medaua, ciuitas eſt Arabiæ petrææ. Ptol.

Medea,

✠Medea, filia Aeëtæ regis Colchorum, Iaſonis vxor. Iuſtin. lib. 42.
Medeni, pop ſunt Africę propriæ Ptol.
Medeon, ciuitas eſt Bœotiæ. Steph.
✠Medeficaſtes, filia Priami notha. Hom.
Media, prima prod. regio eſt latè patens in Aſia.
Media, à Medo, filio Medeæ & Aegei Athenienſium regis filio dicta eſt, vt Solinus refert.
Medea, per ę, non per æ, in prima ſcribendum eſt.
✠Mediam, à Medeo Iapher filio dictã eſſe ait Ioſephus
Medi, pop. ſunt regionis Mediæ.
Medus, & Medicus, a, um. res ad Mediam pertinens.
Medina, opp. eſt Brutiorum in Italia. Plı. lib. 3. ca. 5.
Medinaſſa, opp eſt Cariæ contributum. Plin. lib 5.
Mediolanium, opp eſt Santonum in Gallia Aquitanica. Vulgo *Saintes.*
Mediolanium, ciuitas eſt Germaniæ. Ptolem. Vulgo *Monaſterio.*
Mediolanium, opp. eſt Britanniæ. Ptolemæo. Vulgo *Manchestre.*
Mediolanum, ciuitas eſt Gallorum inſubrium principe Medo adaucta. Cat. in fragmentis originum.
Mediolum, opp. eſt Hiſpanię. Ptolemæo. Vulgo *Medina celi.*
‡Mediomatrices, & Mediomatrici, pop. Belgicæ. Vulgo *Metz de Lorena.*
✠Medioxumi, dij minores antiquis dicti ſunt. Plaut.
✠Meditrina, dea medicamentorum antiquitus. Feſto.
✠Meditrinalia, ſacra erant deæ Meditrinæ. Feſt.
Meduacus minor, flu. Patauinorum prope Padũ. Vulgo *Bachillone.*
Medoaci portus, inter Venetias & Foſſam Clodiam. Vulgo *Malamocco.*
✠Medod, vnus fuit ex Centauris. Perotto.
Medon, filius fuit Oilei ex matre Rhena. Hom.
✠Medon, vnus procorum Penelopes. Ouid.
✠Medon, vnus ex nautis qui à Baccho in delphines mutati fuerunt. Ouid.
Meduacus maior, flu. Gallię Ciſalpinę. Vulgo *Brẽta.*
Meduli, pop. ſunt prouincię Narbonenſis. Ptol.
Meduli, pop ſunt Alpini. Plin lib. 3. cap. 20.
✠Medullina, virgo Romana ab ebrio patre in tenebris violata. Plutar. in Parael.
Medullium, opp. fuit Latij quod interijt.
Medullum, opp. eſt Vindelicię. Ptol. Vulgo *Melding.*
Medullus, mons eſt Cantabrię, Floro de bel. ſub Au.
✠Meduſa, filia fuit Phorci ex Cetho coniuge vna Gorgonum, vnde
✠Meduſęus, a, um. adiect. vt: Os Meduſęum. Ouid.
Medylli, pop. ſunt in prouincia Narbonenſi.
‡Medyllia, vrbs ab Albanis condita: gentile Medyllinus. Steph.
Megęa, fons eſt in agro Syracuſano.
Megabradi, pop. ſunt Aethiopię ſub Aegypto. Ptol.
Megabyli, ſiue Megalobizi, dicebantur Dianæ Epheſiæ ſacerdotes, quos eunuchos eſſe oportebat. Qui.
‡Megaclides, philoſophus Peripateticus, tẽpore Protagoræ. Diog. Laert.
Megara, vna è tribus furijs infernalibus Verg. li. 12.
Megale, inſula eſt prope Smyrnam. Plin. li. 5. ca. 13.
✠Megaleſia, dies qui dicatus erat magnæ Deorum matris ceremonijs, vnde ludi Megalenſes.
Megalia, prædium Pollianum eſt apud Papinium.
Megalopolis, ciuitas eſt Arcadiæ. Strab. lib. 9.
Megalopolitanus, a, ũ. res ad Megalopolim ptinens.
Megara, quæ & Meura, ciuitas eſt Sicilię inſulæ. Pto. Vulgo *Auguſta.*
Megara, orum. ciuitas eſt Atticæ regionis. Plin. li. 4.
Megareuſis, e. ſiue Megaricus, a, um, ab vtraque.
Megareus, a, ũ. Ouı. Namq; mihi genitor Megareus.
‡Megara, vrbs alia in Pŏto, alia Illyrica, alia Moliſsię. Steph.
✠Megara, filia fuit Creontis regis Thebanorum, Herculis vxor, quàm furens Hercules interemit.
✠Megarius, filius fuit Onchesti, & pater Hippomenis, à quo Megareus, a, um. Ouid.
‡Megaricum, oppidulum Bithyniæ. Steph.
‡Megaris, etiam Niſæa vocabatur à Niſo Pãdionis filio. Steph. (rici.
Megaris, idis regio eſt in Achaia, à qua bulbi Mega-
Megaris, inſula eſt adiacens Neapoli. Plin. lib. 3. Vulgo *Oui.*
✠Meges, vnus fuit ex Græcorum principibus qui ad Troiam venerunt.
Megiſta, inſula eſt in mari Lycio. Plin. lib 5. cap. 31.
Medubricenſes, pop. ſunt Hiſpaniæ ſtipendiarij.
Melonis, appellata eſt quondã Cypros. Vulgo *Chipre.*
‡Melachrene, Sibylla Cumana à quibuſdam dicta. Ari.
✠Melena, inſula, quę alio nomine Corcyra appellatur. Stat. Vulgo *Curzola.* (polim.
Melæne, opp in Arcadia inter Heream & Megalo-
Melæum, promont. eſt Peloponneſi, alias Melea.
✠Melamborius, ventus qui campum quendam prouinciæ Narbonenſis infeſtat. Strab. lib. 4.
‡Melampea, vrbs Lydiæ: gentile Melampeus. Steph.
Melamphyllus, mons eſt in Thracia. Plin. li. 4. cap. 11.
✠Melamphillus, inſulæ nomen in Aſia. Plin. lib. 5.
✠Melampus, filius Amythaonis & Dorippes. Hom.
✠Melampus, nomen canis apud Ouid. lib. 3. Metamor.
Melanchlæni, pop. ſunt ſeptentrionales. Pom. lib. 1.
‡Melandia, regio Sicyoniæ gentile Melandius.
Melane, locus eſt in Atticaregione.
Melane, inſula contra Epheſum. Plı. lib. 5. cap. 31.
Melanes, ſinus adiacens Thraciæ. Pto. Vulgo *Golfo de Caridia.*
Melanes, vel nigri montes, iuxta deſerta Arabiæ. Pt. Hodie mons Sinai, vel mons S. Catharinæ.
Melangite, populi ſunt Arabię fœlicis.
Melania, locus eſt in Cilicia. Strab. lib. 14.
Melanida, inſula quæ Melos, Cretæ adiacens.
‡Melanippiũ, flu. Pamphyliæ: gẽtile Melanippius. Ste:
Melanogætuli, pop. ſunt Libyæ interioris. Ptol.

✠Melanthia,

✣Melanthia,filia fuit Deucalionis ex Pyrrha. Home. Odyſſ.lib.10.
✣Melanthius,vir Troianus quẽ Euryphilus occidit.
✣Melanthius,paſtoris proprium apud Theocritum.
✣Melanthius,pictor fingendi cura præcipuus. Quint.
✣Melantho,filia Prothei ſenis quam Neptunus in delphinem verſus violauit.
Melanthus,qui & Melanthius,flu. in Pontum cadẽs.
✣Melanion,dictus eſt Hippomenes,eo quod pomis certamen confecerit Propert.
Melanum,inſula eſt in ſinu Ceramico. Plin.
Melanus,flu.eſt Thraciæ. Ptol.
✣Melas,flu.eſt Mygdoniæ. Ouid.lib.2.Metam.
Melas,flu.eſt Pamphyliæ. Pom.lib.1.cap.14.
Melas,flu.eſt Thraciæ. Plin.lib.4.cap.11.
Melas,flu.eſt Bœotiæ à Parnaſſo profluens.
✣Melas,flu.eſt Siciliæ. Ouid lib.4.Faſtorum.
Melas,flu.eſt Arcadiæ. Strab.
Melcomani,pop.ſunt Liburniæ. Plin lib.3. cap.22.
Meldi,po.ſunt Galliæ Lugdunenſis. Ptol.
Meldita,ciuitas eſt Africæ propriæ. Ptol.
✣Meleager,filius Oenei regis Calydoniæ Atalantæ cõiunx. Ouid.lib.8.Metam.
✣Meleagræa,Calydon vrbs dicitur,quia Meleager in ea imperauit. Perott.
✣Melegene,inſula in mari Adriatico adiacẽs Dalmatiæ. Vulgo *Melena*.
Melena,inſula eſt quæ poſtea Cephallenia.
Meles,is.& etis.flu Ioniæ Smyrnam abluens. Pli.
Meletus,a,um. Tibull. Meleteas nec mallem mittere chartas.
✣Meleſigenes,nomen Homeri,qui propter cæcitatem Homerus eſt appellatus.
✣Meletius,præſul in Aegypto Arrianæ ſectæ.
Meleum,promont.eſt in Peloponneſo.
‡Melia,vrbs Cariæ, gentile Meleus. Steph.
Melibœa,vrbs eſt Magneſiæ ꝓxima Theſſaliæ. Her. lib.6.patria Philoctetæ Pæantis filij.
Melibœus,a,um. res ad Melibœam pertinens.
✣Melibœus,nomen paſtoris,dictus quod boum curam habeat Theocrit.& Verg.
Melibocus,mons eſt Germaniæ magnæ. Ptol. Vulgo *Los montes en Heßia haſta Miſnia*.
✣Melicerta,filius Athamantis Thebarũ regis & Inus.
‡Meligunus,inſ.vna ex Aeolis,Lipara alias dicta. Ste.
Melij,à Lacedæmonibus genus ducunt Herod. lib.7.
Meliodunum,opp.eſt Germaniæ. Pto.
✣Meliſſus,rex fuit Cretæ,qui primus dijs ſacrificauit.
Meliſſus,Corinthiorum pagus,à quo dictus Meliſſæus,Abronis filius.
Melita,inſula inter Siciliam & Africam in mari Libyco. Vulgo *Malta*.
Melitæus,a,um.& Melitenſis à Melita,vnde catelli Melitæi,& Melitenſes. Plin.lib 30.cap.5.
Melita,opp.eſt Atticæ regionis. Steph.& Pli.
Melitara,ciuitas eſt Phrygiæ magnæ,Ptol.
Melitea,opp.eſt Magneſiæ. Plin.lib.4.cap.9.
Melitina,regio Armeniæ minoris iuxta Euphratem.
Melitina,ciuitas eſt eiuſdem regionis. Pto.
Melitina,regio eſt in Suſiana regione. Ptol.
Melitine,ſiue Melite,vrbs eſt Cappad. Pl.li.5.ca.24.
‡Melittæa,vrbs Theſſaliæ ciuis Melittæus.
✣Melitus,nomen eius qui Socratem accuſauit.
‡Melituſa,vrbs Illyrię:gentile Melituſæus. Steph.
✣Melizandrus Mileſius,Centaurorum & Lapitharum bellum ſcripſit. Aelian. de varia hiſtor.
Mella,flu.eſt Galliæ iuxta quem Amello herba naſcitur. Seru.
Mellaria,ciuitas eſt in ora freti Herculei.
Mellaria,opp. Bæturiæ in Bætica, alia ab ea quæ infra ponitur. (patria.
Mellaria quãũ conijcimus eſt Tariffa, Põponij Melę
Mellæ,fons eſt Hiſtieæ. Pli.lib. 3. ſed non dixit cuius
✣Mellona,vel Mellonia,dea mellis Romanis putabat.
Melo,nomen fluuij,qui Nilus & Geon eſt appellatus
✣Meloboſis,nympha Oceani & Tethyos filia. Heſiod.
Meloboter eadem eſt quæ Aegę, arum.
Melodunũ,op.eſt Galliæ in inſula Sequanæ. Cæſari.
Meloeſſa,inſula vna ex Syrenis ante Lacinũ prom.
Melos,inſula vna ẽ Cycladibus Cretæ adiacens. Põ. Vulgo *Milo*.
Melphes,flu.eſt Lucaniæ in Italia. Plin.lib.3. cap 5.
✣Melpomene,vna eſt Muſarum,tragœdiarum inuentrix,à modulando nomen trahens. Verg.
Melpum,opp.fuit.Italiæ Tranſpadanæ. Plin.li.5. ca. 17. Vulgo *Melki*.
Melſus,flu.eſt Aſturum in Hiſpania. Stra.li.3.
‡Melus,filius Mantus,à quo Mallois Lesbi locus Ste.
Meluſſa,inſula Hiſpa. ſed in qua parte nõ ſcribitur.
Melyenſes,populi Aſiæ Dario tributarij. Hero.lib.3.
Melzitanum,opp. Africæ propriæ. Pli li.5. cap.4.
Memaliarus,vnus ex Cadmi ſocijs,Theram inſulam condidit. Steph.
‡Membliarus,inſula prope Theram & Anaphen. Ste.
Memini,populi ſunt Galliæ Narbonenſis. Pli.lib.3.
✣Memnius,vir conſularis,q de ambitu poſtulatus fuit.
✣Memnon filius Titani,qui Troianis,in auxilium veniens,ab Achille fortiter pugnans occiſus fuit.
✣Memnonius,a.um. adiectum,vt,Color Memnonius, id eſt,niger.
✣Memnonides aues,dicũtur ex cineribus Memnonis.
Memnon,vicus eſt mediterraneus Aegypti. Pto.
Memnones,populi ſunt Aethiopiæ Aegypti. Ptol.
Memnonia,vrbs ſupra Choaſpem fluuium,quæ quoque Suſa dicitur.
Memphis,ciuitas eſt Aegypti regia & antiquiſsima. Vulgo *Alcayro*.
Memphi,populi Memphin habitantes. (dicta.
Memphites nomos,præfectura Aegypti á Memphi
Memphiticus,a,um. res ad Memphim pertinẽs.
✣Mempricus,rex Britãniæ qui fratrem Malym regno exuit & vita,vt eo mortuo regnaret. Volater.

✣Mena,dea apud Romanos,quæ menſtruis fluoribus præerat.
Menace,opp.eſt Hiſpaniæ Bæticæ prope Malacam.
Menæ,arum.opp.eſt Siciliæ inſulæ. Pto. Vul. *Mineo*.
Menanini,populi ſunt Siciliæ à Menis dicti. Plin.
Menæ,inſulæ duæ in Aethiopia Aegypti. Ptol.
✣Menæchmi,apud Plautum comœdia,in qua Menæchmus introducitur.
✣Menæchmus,philoſoph. Platonicus,Eudoxi auditor
✣Menæchmus,hiſtoricus Sicyonicus,ſcripſit hiſtoriã Alexandri magni. Suid.
Menala,villa eſt Marmaricæ in Aegypto.
Menelaites nomos,i.præfectura ab eo dicta.
Menalcas,nomen paſtoris apud Verg. in Ecloga.
✣Menalippe,fuit Antiopes Amazonum reginæ ſoror
Menalippea,inſula vna ex Chelidonijs duabus.
✣Menalippides,poëta ſcripſit Dithyrambicorũ libros plures,& poëmata,& epigrammata. Suid.
✣Menalippides iunior,ſcripſit Lyrica & Dithyrambica,vixit apud Perdiccam regem. Suid.
✣Menalippus,Thebanus quidã Tydei interfector. St.
✣Menalippus,Tydei frater,quem Tydęus in venatu fertur peremiſſe. (loco amauit.
✣Menalippus,Troianus quem Priamus ob virtutẽ filij
✣Menander,Athenienſis comicus ſcripſit fabulas. 80.
✣Menãder Laodiceus,ſcripſit cõmẽtaria in Hermog.
✣Menandreus,a,um.adiect.quod Menandri eſt.
✣Menander,hæreticus impius,qui Simoni Mago ſucceſsit,Ireneo & Euſeb.lib.3.
Menandriani,hæretici à Menandro dicti. Euſeb.
Menapia,inſula eſt in mari Britannico. Pli.
Menapii,populi ſunt Galliæ Belgicæ. Vulgo *Les de Geldres y Iulies*.
Menaria,inſula eſt in mari Tuſco. Pli.lib.4.cap.6.
‡Mendæ,vrbs Siciliæ,prope paltcos. Steph.
Mende,opp eſt Macedoniæ. Pli.lib.4.cap 10.
Mendes,etis.ſiue Mendis Aegypti vrbs Priſciano.
Mendeſsi,populi ſunt ab eodem oppido dicti.
Mendeſij,populus eſt Aegypti. Herod.lib.2.
Mendeſium,vnum ex oſtijs Nili fluminis. Pto.
Mendiculea,ciuitas eſt Hiſpaniæ Luſitaniæ. Ptol.
Mendus,ſiue Mindus,opp Aſiæ proprię dictæ.
✣Meneceus,Creontis Thebanorum regis filius. Sta.li.7.Theb.
✣Menecheus,oraculo edito largitus eſt patriæ ſuum ſanguinem. Cic.in Tuſcul.
Menecina,opp.fuit Oenotriæ,à qua Menecinæi.
✣Menecis,vrbs vltima Phocenſiũ q̃ ad occaſum vergit
✣Menecrates,Syracuſanus medicus,nullam medendo mercedem accepiſſe dicitur. Suid.
✣Menacrates alius,comicus poëta fuit. Suid.
Menedemium,ciuitas eſt Pamphyliæ. Pto.
✣Menedemus,Phędri diſcipulus,nobilis philoſophus inter Socraticos. Laërt.
✣Menedemus,item Lampſacenus Cynicus philoſophus inſigniter ſuperſtitoſus. Laërt.

✣Menelaus,filius fuit Atrei & Aëropes, rex Spartæ, qui Helenam in vxorem habuit.
‡Menelaus,vrbs Aegypti. Strab. lib.14.& regio Menelaites. Step.
‡Menelaium,parua regio Spartæ:poſſeſsiuum Menelaicus. Steph.
✣Meneleus,vnus fuit ex Centauris.
✣Meneleus,vnus ẽ canibus Actæonis. Ouid.li.3.Met.
✣Menephron,viri proprium,qui cũ matre cõcubuit. Ouid.lib 7. Metam.
✣Menes,primus omnium in Aegypto regnauit. Her.
✣Meneſthius,fuit Arithoi & Philomeduſæ filius. Ho.
✣Meneſteus,Athenarum dux,Theſei & Phædræ filius.
‡Meneſtheus,nomen aurigæ Diomedis.
✣Meneſto,nomen nymphæ,à memorando dictæ.
Meneus,flu.eſt in Peloponneſo. Strab.lib.8.
Meneus,inſula circa Africam Lotophagis proxima. Plin. Vulgo *Gelues*.
✣Menippus Phœnix,philoſoph. Cynicus. Dio & Laër.
✣Menippus Stratonicenſis,Ciceronis præceptor. Cic.
✣Menippus,viri proprium quem philoſophum & ſeruum fuiſſe tradit. Macrob.
Meniſmini,populi ſunt Aethiopiæ Pli.lib.7.
✣Menius,Lycaonis filius qui à Ioue fulmine percuſsus eſt,quod eundem deteſtaretur.
Menoba,oppidum eſt Bæticæ in Hiſpania. Vulgo *Velez malaga*.
Menoba,quoq; Plinio fundus eſt Bæticæ.
Menocaleni,populi ſunt Alpini. Pli.lib.3.ca.20.
✣Menœtius,filius fuit Auctoris ex Aegina,Patrocli pr.
✣Menophilus,eunuchus fuit,cui Mithridatis filiam in arce quadam ſeruandam dedit. Ammian. Marcel.
Menoſea,ciuitas eſt Barduloru Hiſpaniæ citerioris.
Menralia,Hiſpaniæ vrbs. Pto. Vulg. *Marçia*. Alijs *Bejar de melena*.
Menſa Solis,locus deſcribitur in Aethiopia,Solin.
Menteſa,opp.eſt in Hiſpania. Pto. Vulgo *Iaen*.
✣Menteſani,qui Oretani,populi ſunt Hiſpaniæ. Plin.
Menteſani alij,populi ſunt Hiſpaniæ. Pli.li.3.
✣Mentoas,fluuius dicebatur,quem nunc Danubium appellamus. Euſtachius in Dionyſ.
✣Mentor,fuit in vaſis cælandis mirus artifex. Pli.
✣Mentoreus,a,um.vt,Menſæ Mentoreæ. Iuuen.
✣Mentores,gens fuit Liburnorũ. Pli.lib.3.ca.21.
Mentum,opp.eſt in Pelopõneſo. Stra.lib.8. (bat.
‡Menus,vir fuit inter Sãnites,q mirè ſolitudinẽ amaMenuthias,inſula adiacens Aethiopiæ interiori. Pt. Vulgo *Madagaſcar*,o *Yſla de S. Iorge*.
✣Meonia,regio Aſiæ minoris,vide ſupra Mæonia.
Meoriga,opp.eſt Hiſpaniæ.
Mepach,villa eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Mephyla,op.eſt antiquum Latij Diony. Halicarnaſ.
‡Mera,proprio nomine ſacerdos Veneris. Stat. 8. Theb.
‡Mera,Prœti & Antiæ filia,à Diana in canem verſa. Ouidio.

Meraria,

Meraria, insula est adiacens Baleraribus. Plin.
✠Mercurius, Iouis filius ex Maia Atlantis filia.
✠Mercurius dictus, quod mercibus præsit, vel quod inter ementes & vendentes sermo medius currat.
Mercurius, modo Hermes, Cyllenius, Ligius, Illuuius, Argiphon dicitur.
✠Mercuriales, collegium vel sodales in honorem Mercurij. Cic. ad Quintum fratrem.
Mercurij, opp. in Aegypto quod Hermopolis.
Mercurij promont. in Africa propriè dicta. Pto.
Merende, opp. est Samnitum in Italia. Pli.
Meri, orum. populi sunt iuxta Euphratem.
Meriones, auriga Idomenei, vnus é Græcorum fortissimis, qui ad Trotam venerunt.
Meris, insula est in mari Lycio Plin.
‡Mermessos, vrbs Troica, patria Erithreæ Sibyllę. St.
Merna, insula est adiacés Libyæ in Oceano occidétali
✠Mero, dictus est Nero quod impendio vinosior esset
Merobriga, opp. est Hispaniæ Lusitaniæ Ptol.
Meroe, ciuitas est in Meroë insula Aethiopiæ Aegypti.
Meroë, es. insula est Nili fluuij in Aethiopia Aegypti. Vulgo *Saba, ista de Nilo, adonde predico S. Matheo.*
Meroëni, populi dicuntur incolę eius insulę.
✠Merope, Atlãtis & Pleione filia quę Sisypho nupsit.
Merope, siue Meropis, insul. q̃ postea Co. Vul. *Lãgo.*
Meropia, insula vna Cycladum, quę postea Siphnus. Plin. Vulgo *Sifano.*
✠Meropus, mons Græciæ iuxta Thessaliam.
Meros, mons est Indorum, sub cuius radicibus Nisa ciuitas constituta.
Merucra, oppidum est Bæticæ in Hispania. Pli.
Merula, flu. est Liguriæ. Pli li. 3. ca. 5. Vulgo *Meira.*
Mesada, ciuitas est Arabiæ Petræ. Pto.
Mesammones, vel Nasamones, popu. prope Syrtim maiorem.
Mesapia, Apulia a Mesapo rege dicta. Str. lib. 9.
Mesapus, mons inter Medos & Pœonios. Arist.
✠Mesapus, Neptuni, filius qui Turno contra Aeneam suppetias dedit. Verg. lib. 7.
Mesarinæ, ciuitas est Idumeę in Iudæa. Pto.
Mesathea, insula est prope Thraciæ Chersonesum.
‡Mesauci, populi sunt Alpini. Pli. li. 3. ca. 19. *Los morados entre la Valle Mucsilcina, y Bellinzona en Lobardia.*
Meschi, mons est Aethiopiæ interioris. Ptol.
Mese, es. insula est, vna Stœchadum. Pli. lib. 3. cap 5.
Mesembria, oppidum est celebre in Thracia. Vulgo *Mesember.* Ciuis Mesembrianus.
Mesembriacus, a, um quod ad Mesembriam pertinet
Mesi, populi sunt Plinio in eadem Thracia.
Mesia, palus est Germaniæ. Pomp. lib. 3. cap. 3.
‡Mesia, sylua in Thuscia Vulgo *Bosco de Baccano.*
Mesola, ciuitas est in Peloponneso. Strab. lib. 9.
✠Mesomedes, poëta Adriano principi clarissim⁹. Sui.
✠Meson, astrologus vnus ex his qui Athenięnsibus ascriptus fuit, nauigaturis in expeditionem Siciliæ.
